





DE
S A L V I A

DISSERTATIO INAUGURALIS

QVAM
SVMMI NVMINIS AVSPICIIIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO FRIDERICO
CAROLO ALEXANDRO
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE AC SILESIAE
DVCE BYRGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE
PRINCIPATVS REL. REL.

EX DECRETO
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R O
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
PRIVILEGIIS AC IMMVNITATIBVS RITE OBTINENDIS

AD DIEM AVG. MDCCLXXVII.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVATIONI SVBICIT

A C T O R

ANDREAS ERNESTVS ETLINGER
CVLMBACENSIS.


G E R L A N G A E
TYPIS WOLFGANGI WALTHERI

1850, Dec. 27.

Gift of

Edward Tuckerman, Esq.

of Cambridge.



PROOEMIUM.

Si de ulla scientia, certe de historia naturali CICERONIS illud valet, quod adolescentiam alat, senectutem oblectet, secundas res ornet, adversis per fugium ac solatium præbeat, delectet domi, non impediatur foris, pernoctet nobiscum, peregrinetur, rusticetur. Præcipue in rei herbariæ studio utilitas cum jucunditate conjuncta manifeste cuivis rerum intelligenti patent. Nullus terræ angulus adeo est abstrusus, quin curioso regni vegetabilis scrutatori non suavissimas modo, sed saluberrimas quoque observationes instituendi det occasionem. Quasunque terræ regiones peragramus, eas, siue continuo æstu torrentur, siue æterna glacie rigent, siue temperati cœli clementia foventur, inenarrabili stirpium copia et varietate abundare videmus. Quid amœnius, quid dulcius est spectaculo, quod tot florum species in campis, pratis, silvis, montibus, ipsisque adeo alpibus, innumeris pulcherrimisque coloribus superbientes, oculis exhibent? Quid gratius

III

odore, quem illorum plurimi spargunt? Quid acceptius sapore, quo multæ plantæ linguam feriunt? Quarum multiplicem fabricam quo attentius in radice, caule, foliis, fulcris, flore fructuque intuemur, eo magis multiplici animus adficitur oblectamento. Si fontes, rivos, amnes, fluvios, stagna, lacus pervestigamus; si maris abyssum, qua licet, perscrutamur: ubique plantas offendimus, quæ, si non semper pulchritudine oculos, aut grato sensu olfactum gustumque alliciunt, insolita sæpius forma multo magis intellectum in sui, creatorisque admirationem rapiunt. Nullus est lapis tam durus tamque exsuccus, quin licheni cuidam aut musco hospitium præbere queat, vili quidem, si obiter adspiciatur, sed quem, oculo lente vitrea armato, curiosiori examine dignissimum deprehendimus. Verum enim vero, non solam delectationem plantarum studium adfert; utile æque est ac jucundum. Inter omnes constat, a benignissimo hujus universi opifice eum in finem vegetabilia esse condita, ut homini, reliquisque animalibus, partim cibos ad sui conservationem, partim medicamenta ad sanitatem amissam restaurandam supeditarent, plurimaque et usitatissima remedia e regno vegetabili desumi. Apparet igitur, quanta e diligenti rei herbariæ cultura in medicinam redundet utilitas. Sine ea enim non nisi mancã et imperfectam materiae medicæ cognitionem acquirere licet. Certe pauca nobis polliceremur ab artifice, qui instrumentorum, quibus ad labores suos perficiendos utitur, esset ignarus. Idem plane iudicium ferendum est de medico, botanica non imbuto; siquidem medicamenta medici instrumenta sunt. Neque desunt exempla, si observationes medicas evolvimus, quæ probant, quantas noxas producat rei herbariæ ignorantia.

Tanta

Tanta cum sit utilitas jucundæ hujus scientiæ, non solum semper eam, sicut meretur, dilexi et amavi, sed etiam, specimen inaugurale nunc exhibiturus, ex eadem scribendi materiam depromere constitui. Elegi itaque genus quoddam, quod plures comprehendit species: has, quantum exiguæ meæ vires permiserunt, partim ipse examinavi; partim descriptiones et icones auctorum consului atque inter se contuli. De his, quod compertum habeo, aut verum mihi videtur, tradam; speciei in officinis præ reliquis usitatæ examen chemicum annectam, tandemque vires medicas succincte indicabo. Quod reliquum est, **LECTOREM BENEVOLVM** enixe rogo, ut hasce pagellas juveniles esse primitias, meminerit.

§. I.

Salviæ in antiquissimis Romanorum et Græcorum scriptis medicis, botanicis et æconomicis fit mentio. Nec mirum, plantam in Oriente indigenam, odori ac saporis adeo acceptam, qualis *Salvia officinalis* vere est, jamdudum veteribus innotuisse et inter *ἰσπότης* relata fuisse. Nec successu temporis usus *Salviæ* umquam plane evilit; sed potius ad nostra usque tempora omnes et medici et æconomi virtutes ejus laudant. Cum harum cognitione etiam nomen, quod unicum apud Romanos fuit, cujus synonyma nulla in eorum monumentis ostendi possunt, ad recentiores transit, ita tamen, ut non semper unice species, quam dixi, eo designaretur, sed recentioribus temporibus aliæ quædam species accederent, et tandem vastum illud genus, quod jam pertractare aggredior, idem nomen ceu genericum vocabulum acciperet. Nonnulli quidem botani-

ci, ad plantas aliquas genere diversissimas appellandas Salviae nomine abusi sunt. Sic a DODONAEO, CASPARO BAVHINO, VAILLANTIO aliisque Teucrium Scorodonia LINN. Salvia agrestis; sic ab eodem DODONAEO, COMMELINO aliisque Asplenium Ruta muraria LINN. Salvia vitæ dicta fuit. Vt alias taceam.

Quod ad etymologiam nominis attinet; nonnulli auctores a saliva, quam allicere dicitur, derivandum esse contendunt. Sed a salvando potius denominatam fuisse Salviam, cum RATIO, TOURNEFORTIO aliisque probabile mihi videtur. Superioribus enim temporibus tantæ illi tamque heroicæ virtutes tribuebantur, ut etiam in *Schola Salernitana* quæri potuerit:

Cur moriatur homo, cui Salvia crescit in horto?

et responderi:

Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

§. II.

Quum in superiori paragrapho annotaverim, Salviam officinalem veteribus fuisse familiarem, et nuperioribus seculis alias plantas, ipsi congeneres, idem nomen reportasse; operæ pretium erit disquirere: quatenus illa, quænam ex his, et sub quibusnam nominibus, veteribus notæ fuerint.

ΕΑΕΛΙΣΘΑΚΟΣ, aliis *ελαφόβοσκος*, aliis *σφαγγόν*, secundum DIOSCORIDEM in *Mat. med. Lib. III. cap. 40.* est frutex oblongus, ramis numerosis, virgas habens quadrangulas et albas, folia vero malo cydoniæ similia,
sed

sed longiora, asperiora et crassiora, sicut attritæ vestes ita hirsuta, ut villi ægre animadvertantur, subalbida, valde suaveolentia, simul vero nonnihil graveolentia. Fructus in summitatibus caulium, ut in Hormino silvestri nascitur. THEOPHRASTVS in *Hist. plant. Lib. VI. cap. III.* differentiam inter σφάκελον et ἐλελίσφακον quidem affert, sed parum luminis addit. Majoris vero confusionis auctor esse posset PLINIVS in *Hist. nat. Lib. XXII. cap. 25.* dum elelisphacon inter lentas refert. Sine dubio similitudine nominum, lentis nempe a Græcis φακός dictæ, et σφάκου seductus, ibi meminit Salviæ, ubi nemo expectaret. Omnes descriptiones elelisphaci, quas veteres reliquerunt, si comparamus una cum viribus illi adscriptis, facile videmus, illos intellexisse sub hoc nomine S. officinalem majorem L. HARDVINVS quidem, in notis ad PLINIVM, asserit, nostros herbarios elelisphacon veterum ignorare; quod ideo factum esse, ut PLINIVM suum ab errore vindicare et variam lectionem, quam adducit, melius explicare posset, quilibet intelligit.

ΣΦΑΚΕΛΟΝ, vel ut nonnulli legunt σφακόν THEOPHRASTI quidam pro Teucro Scorodonia LINN. habent. Sed nimia inter hanc plantam et S. officinalem majorem est differentia, cum secundum THEOPHRASTVM ἐλελίσφακος et σφάκελος in eo tantum differant, quod huic folium laevius, contractius, minusque squalens, illi vero scabrius sit. Hanc igitur plantam pro S. officinali minore assumi posse vix dubito, cum discrimen a THEOPHRASTO traditum ad hanc optime quadret. Eo magis ideo, meâ quidem sententia, falluntur, qui Sphacelum Salviam officinalem majorem esse putant. Nullam enim

enim nobis cognitam Salviae speciem hoc modo jure quodam pro elelisphaco habere possemus, cum ea, quam dedi, explicatione utraque planta nobis sit nota.

OPMINON apud plurimos historiae naturalis scriptores veteres occurrit. DIOSCORIDES *Lib. III. c. 145.* THEOPHRAST. *Hist. plant. Lib. VIII. cap. I. et cap. 7.* PLINIVS *hist. nat. Lib. XVII. cap. 7. et cap. 10. Lib. XXII. cap. 25.* ejusdem meminerunt. DIOSCORIDES optime illud describit, dum: „Horminum, inquit, herba est foliis marrubio (μαρούριον) similis, caule quadrangulo, semicubitali, circa quem eminentiae filiquis similes conspiciuntur, quæ quidem radicem versus spectant, et in quibus semen diversum recluditur; siquidem in sylvestri rotundum et fuscum reperitur, at in altero oblongius et nigrum.„ Hoc posterius S. Horminum L. esse, certum videtur, et quidem forsan varietas flore purpurascente. PLINIVS, ubi de hormino loquitur, denuo errorem commisit. Nam hormini folia porro similia esse dicit. Hoc sine dubio scripsit seductus affinitate verborum μαρούριον, quod significat porrum, et μαρούριον, marrubium. HARDVINVS quidem lectionem PLINII laudandam esse contendit, cum hormini folia arundinaceis et porraceis sint propiora, quam marrubiaceis; sed hanc similitudinem me plane videre non posse, ingenue fateor. THEOPHRASTVS horminum refert ad fruges quæ æstate feri debent. Hodie quidem tantum abest, ut agricolæ illud serant, ut ne noverint quidem. Sed hanc ob causam negare, horminum THEOPHRASTI esse eandem plantam, quam nos hodie hoc nomine insignimus, iniquum esset, cum plures plantæ eandem habuerint sortem. Antiquis vero temporibus

bus ad cibos usurpatum fuisse, certum est, cum HIPPOCRATES illius meminerit *de victus ratione Lib. II. pag. 356.* ex edit. FŒS. et GALENVS *de alim. fac.* Quid sub Hormino sylvestri veteres intellexerint, explicatu omnino difficile arbitror. Nonnulli quidem putant, esse S. Sclaream, sed in hac caules sunt semicubitalibus majores, calyces feminiferi erecti, et character a DIOSCORIDE additus deficit, cum Sclareæ semen Hormino nigræ vix cedat. Alii credunt, Horminum sylvestre denotare S. pratensem L. hæc vero etiam semine gaudet nigro, et reliqua signa a DIOSCORIDE tradita desunt. Forsan igitur Hormini varietatem intelligi assumendum est, quæ ratione coloris feminis et fortasse simul ratione coloris comæ differt, quod iam opinatus est I. BAVHINVS.

ΑΙΘΙΟΝΙΣ a DIOSCORIDE *Lib. IV. cap. 105.* et PLINIO *Lib. XXVII. cap: 4.* describitur. Verum est, multa ab his auctoribus adducta signa ad nostram quadrare Salvix speciem, Aethiopidis nomine notam; nonnulla tamen sunt contraria. Sic folia sunt verbasco similia, perquam hirsuta et densa, circa imam radicem orbem conficientia; caulis quadrangulus, crassus et scaber, multas alas emittens. At semen nec ervo simile, nec in singulis vasculis geminum est, id quod DIOSCORIDES de sua Aethiopide prædicat, triangulare potius, multo minus quam ervum, fuscum et quatuor semina in quovis calyce; nisi assumere velimus, calyces, a DIOSCORIDE, et quidem forsitan obiter tantum Iustratos, semina duo abortiva, duoque perfecta continuasse, quæ in hoc casu rotundiora, solitoque aliquanto majora fuisse potuerunt.

Sed nec radices ficcatae nigrescunt. DODONAEVS Aethi-
opidem veterum cum nostra eandem esse statuit, exhibet
enim iconem S. Aethiopidis, et fere eandem adjungit de-
scriptionem, quam DIOSCORIDES dedit. - Ejus senten-
tiam alii deinde amplexi sunt. At nobis ea adhuc vi-
detur dubia.

Alii plures Salviae species a veteribus describi puta-
runt. Sic *σιδηρίτις* DIOSCOR. *Lib. IV. cap. 33.* secun-
dum nonnullos S. Sclarea est. Nimia vero in descriptio-
ne hujus plantae intercedit differentia, quam ut pluri-
bus id ostendere opus sit.

§. III.

Hæc tria veterum genera, Salviae, Hormini et Ae-
thiopidis a CLVSIO, DODONAEO, TABERNAEMON-
TANO aliisque ejus ævi botanicis assumta fuerunt, sine
ulla generici characteris determinatione. Postquam autem
de classificatione accuratiore inceperint cogitare Botanici:
hæ quoque plantae non sunt neglectae. I. BAVHINVS
in *Hist. plant. T. III. p. 305. seqq.* tria constituit genera,
nempe Saluiam, Horminum et Gallitrichum, quæ inter
plantas verticillatas, flores galeatos ferentes, refert. c.
BAVHINVS veteres imitatus, Salviam, Horminum et
Aethiopidem assumsit. MORISSONVS in *Hist. plant.*
T. III. p. 391. seqq. in duo genera divisit nostras herbas,
nempe Horminum, quod secundum illum pertinet ad plan-
tas galeatas, verticillis per intervalla densius dispositis, et
Salviam, quæ ab illo verticillis laxius dispositis solummo-
do differt. RAIVS in *Hist. plant. p. 509. et 542.* Salvias
ad

ad duas diversas refert classes, nempe *Salvias* proprie dictas ad plantas verticillatas fruticosas, quarum notæ genericæ sunt flores magni, hiantes, in spicis laxis, e verticillis aliquantulum distantibus compositis; *Hormina* vero ad plantas verticillatas herbaceas, quorum notæ sunt flores in spicis longis et laxis seu ex verticillis longius a se invicem remotis constructis. RIVINVS in *Ord. plant. flor. irreg. monop. p. 10. et 13.* eadem duo assumit genera, quæ RAVVS habet. Vtrumque refert ad plantas barba tripartita et galea divisa. Hormini character genericus est galea adunca. Reprehendit ibidem auctores, qui *S. verticillatam* L. (sine dubio enim illius *Horminum spurium* secundum iconem hæc, nec alia, est species) ad *Hormina* referunt, et non addat, ad quodnam genus sit referenda. *Salviam* galea minus arcuata et barba emarginata ab *Hormino* distinguit. Hæc vero signa omnia nondum sufficebant ad distinctam harum plantarum cognitionem. Ideo TOVRNEFORTIVS in *Inst. r. b. p. 178. seqq.* tria constituit genera, *Horminum*, *Sclaream* et *Salviam*. *Hormino*, ex ejus mente, est labium superius parvum galeatum, inferius tripartitum: lacinia media excavata. *Sclareæ* labium superius falcatum, inferius vero, eodem modo ac in *Hormino*, tripartitum, lacinia media excavata. *Salvia* distinguitur labio superiore modo fornicato, modo falcato, inferiore tripartito, nequaquam vero excavato, sed plano, et staminibus os hyoides quodammodo repræsentantibus. Et sic non mirum est, apud hunc auctorem genus *Hormini* valde decrevisse, cum in duo divisum, et nonnullæ species ad *Salviam* translatae fuerint. Præter plurimos alios, novissime virum summum secutus est cel. MILLERVS, licet notas paullulum a

Tournefortianis differentes constituat. B. HEISTERVS vero, his tribus generibus non contentus, tot fere, quot species sunt, fabricari non dubitavit. Præterea enim ipsi genera sunt *Horstia*, quæ est *Saliva nutans* L.; *Sclareastrum*, quod *S. aurea* L.; *Scbraderia*, *S. canariensis* L.; *Iungia*, *S. mexicana* L.; *Glutinaria*, *S. glutinosa* L., et forte plura, quorum mentionem b. FABRICIVS, cui istorum notitiam debemus, facere neglexit. Tandem Sueciæ decus, Eques de LINNE' surrexit, et omnia genera a prioribus Botanicis assumpta in unum, sub nomine *Salviæ*, contraxit. Retinuit quidem nomen *Hormini*, sed ad aliud genus designandum, cui duæ sunt species, quarum altera in recentioribus *systematis naturæ* editionibus etiam ad *Salvias* est translata. Hodie plurimi LINNEVM imitantur, unum modo *Salviæ* genus assumentes.

§. III.

Eruendus nunc est character genericus *Salviæ*, in eo sensu sumptæ, ut *Salviæ*, *Hormina* et *Sclaræ* aliorum auctorum sub illa comprehendantur.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloso-campanulatum, angulatum, bilabiatum: *labio superiore* adscendente, tridentato: *inferiore* bidentato: denticulis profundius divisifis.

COROLL. monopetala, bilabiata. *Tubus* brevissimus. *Faux* ampliata, compressa. *Labium superius* adscendens, concavum, compressum, emarginatum; *inferius* superiori latius, trifidum: *lacinia media* majore emarginata.

STAM.

STAM. *Filamenta* duo breviora, terminata; cotyla, cui transversim incumbit *vestis* filiformis, crassitie filamenti, cujus apici vel utrique, vel superiori tantum insidet *Anthera* oblonga, unilocularis. Inter hæc *duo* alia minuta, *antheris* subrotundis effæctis capitata.

PIST. *Germen* quadrifidum, *disco* orbiculato, carnosio insidens. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* bifidum: lacinia superiore brevior, ascendente.

PER. nullum. *Cal.* connivens semina in fundo continet.

SEM. quatuor, subrotunda, basi angulata.

Si *Salviæ* stamina cum staminibus plantarum verticillatarum e didynamia gymnosperma comparantur: illico apparet, par exterius, perfectum, horum longioribus, interioribus autem, imperfectum, brevioribus respondere. De hujus præsentia unumquemque *avrosia* convincere potest, qui *Salviæ*, quæcumque illa demum sit, florem aperire et inspicere non recusat. Recte igitur perill. LINNEVS et b. ZINNIUS in omnibus *Salviis* rudimenta staminum, sed sterilia, reperiri dixerunt; neque audiendus est cl. ADANSONVS, qui talia adesse negat in libro: *Familles des plantes tom. 2. p. 181.*

Hæc stamina imperfecta, seu rudimenta staminum, non aliter in *Salviis* conformata sunt, quam in *Rosmarino*, *Lycopode*, *Cumila*, *Monarda*, *Ziziphora* reliquisque plantis verticillatis, a perill. LINNEO ad diandriam relatis. Tanto magis perfectorum fabrica ab ea, quam in reliquis verticillatis; immo in toto regno vegetabili,

quatenus nobis innōtuit, observare licet, recēdit. Vbinam reperiamus plantam, cujus filamentum apice non antheram, sed aliud filum, laxe sibi adnexum, facileque avellendum, proferat, quale in *Salvia* quacunq̄ videmus? Quomodo, quæso, hæ partes staminis, ἀνωμάλως conformati, si accurate loqui volumus, appellandæ sunt? An filamentum inferius, e pariete corollæ interno oriundum, an potius alterum, huic incumbens, verum est staminis filamentum? Vectem dixi, hujus enim formam imitatur. Hic vectis modo rectus est, modo curvus. Monuimus in aliis speciebus utrumque, in aliis alterum tantum crusculum, et quidem superius, anthera instructum esse. Vbi hæc anthera caret, ejus loco pondusculum, vt perill. HALLE-
RVS appellat, foliaceum, vel glandula, secundum perill. LINNEVM, conspicitur, quæ interdum exiguam pollinis copiam suppeditat, vt potius antheram sterilem aut parum fertilem, quam veram glandulam esse, in aprico sit. Habermus igitur, in quolibet flore sex antheras, si reliquarum plantarum verticillatarum analogia tot assumere permetteret. Hujus anomalie clavem, antheris accurate examinatis, me reperisse puto. Observavi enim, singulas uniloculares esse. Analogia vero in singulo filamento antheras biloculares requirit; id ergo, quod supra in caractere generico, loquendi usum inter botanicos receptum, sequutus, antheras vecti insidentes, dixi, loculos antheræ mediante vecte disjunctos potius esse, arbitror; quorum alter, ut etiam in aliis plantis fieri solet, nonnumquam sterilescit. Hoc posito, vectis nullo modo pro filamento quodam haberi potest, sed lamina, utrumque loculum antheraceum connectente, in figuram filiformem elongata dici meretur. Hujuscę laminæ dilatatio non absimilis, verum hæud adeo
longa

longa et anomala in Origano observatur, qua illi CRAN-
 ZIVS sibi imponi passus est, ut ei octo antheras tribueret.
 Vid. *Stirp. Austr. fasc. IV. p. 283.*

Insolita ista, de qua locutus sum, staminum Salviæ
 structura, characterem generis quam maxime essentialem
 suppeditat. Conf. LINN. *gen. pl. l. c.* HALL. *enum. st.*
Helv. p. 638. aliosque. Proximus Salviæ est Rosmarinus,
 cujus staminum superior pars vecti Salviæ similis deprehendi-
 tur; quam ob causam quæri potest, anne Rosmarinus
 pro Salviæ specie potius, quam proprii generis planta sit
 habendus? Equidem characterem huius essentialem, par-
 tem prædictam, a filamentis discretam, in illo non invenio;
 e contrario in utriusque flore tot differentiæ occurrunt, ut,
 si meam qualemcunque sententiam proferre fas est, Rosmari-
 ni genus abolendum esse non existimem; præcipue, cum
 specierum Salviæ numerus adeo magnus jam existat, ut
 temere eum augere inconsultum videatur.

Vt cognitio huius generis aliquanto facilior reddatur,
 in sectiones quasdam illud partiri visum est. In his con-
 stituendis TOVRNEFORTIUM sequar, cujus genera se-
 quentes suppeditant subdivisiones:

I. SALVIA. TOVRN. *inst. r. b. p. 180. tab. 83.*
 Huic calyx amplior. Cor. Labium superius fere rectum;
 inferius planum aut lateribus reflexum. Stam. Vectis cur-
 vus (os hyoides quodammodo repræsentans. TOVRN.),
 utroque apice antherifero.

II. HORMINVM. TOVRN. *p. 178. t. 82.* Calyx
 ore vix ampliato. Cor. Labium superius adscendens, breve;
 infe-

XVI

inferioris lacinia media cochlearis instar excavata. *Stam.* vectis rectus, inferiori crufculo expansione petalode cava terminato.

III. SCLAREA. TOVRN. p. 179. t. 82. *Cal.* fere Hormini. *Cor.* Labium superius erectum, falcatum; inferioris lacinia media concava. *Stam.* Vectis falcatus, crufculo inferiore glandula terminato.

Foliatio, observante LINNEO, in genere *Salviæ* est obvoluta. Omnium specierum caules sunt tetragomi: angulis interdum acutis, interdum obtusis. *Salviæ* T. folia densius venosa ac rugosa habent.

§. V.

Disquirendæ nunc veniunt species, quæ ad *Salviæ* genus referri merentur.

I. SALVIAE T.

+ I. *S. officinalis* foliis lanceolato ovatis crenulatis, verticillis paucifloris, calycibus mucronatis.

Salvia officinalis. LINN. *spec. plant.* p. 34.

a. *Salvia maior.* DODON. *Pempt.* 290. TABERN. *hist.* p. 760. LOBEL. *Icon.* 554. MORIS. *hist.* 3. p. 399. *scd.* II. *tab.* 15. *f.* 1. BLAKWELL. *herb.* Cent. 1. *tab.* 71.

Salvia latifolia. BAVH. *hist.* 3. 304. RIVIN. *monop.* *tab.* 123. *f.* 1.

a. *Salvia major foliis albidis.* C. BAVH. *pin.* 237.

b. *Salvia latifolia aurea.* MORIS. *hist.* 3. p. 399.

β. Sal.

A. *Salvia minor*. DODON. *pempt.* 290. TABERN. *hist.* 76r.
LOBEL. *Icon.* 555. MORIS. *hist.* 3. p. 400. f. II. tab. 15.
f. II. RIV. *monop.* tab. 123. f. 2. BLAKWELL. *herb.*
cent. 1. tab. 31.

a. *Salvia minor* foliis variegatis. C. BAVH. *pin.* 237.

b. *Salvia minor* sinuata, foliis per limbum aureis. MO-
RIS. *hist.* 3. p. 40.

*Habitat in Hispania, Gallia, Italia, Dalmatia, Vcrania, circa
Constantinopolin, in Sibiria. Frutex.*

Caules fruticosi, juniores tetragonii, tomentosi, adultiore tere-
tiusculi. Folia petiolata, ovato-lanceolata, crenulata, acutiuscula,
subtomentosa, rugis minimis exasperata, venosa. Verticilli sexflori,
in racemum digesti, nonnumquam fere secundum. Bractæ calyce
breviores, ovatæ, integerrimæ, acutæ, concavæ, nervosæ, deciduæ.
Pedunculi breves. Calycis dentes mucronati. Corolla dilute cœru-
lea, tubo albo lineis cœruleis striato, labio inferiore ad basin macu-
lato. — Var. β . differt a priore foliis angustioribus et magis tomen-
tosis, plerumque auriculatis, floribus minoribus et colore saturatius
cœruleo. Interdum variat flore albo.

+ **2.** *S. grandiflora* foliis cordato-oblongis crenatis, ver-
ticillis multifloris, calycibus acutis.

Salvia tomentosa. MILL. *diff. e vers. pl. rev.* PANZERI
tom. 4. p. 49. n. 2.

a. *Salvia flore magno*. RIV. *monop.* t. 127. opt.

B. *Salvia latifolia* ferrata. BAVH. *pin.* 237.

Salvia ferrata crispa. BAVH. *hist.* 3. p. 305. MORIS. *hist.*
3. p. 399. f. II. tab. 15. f. 7.

Salvia crispa. RIV. *monop.* tab. 126. bon.

Habitat *Frutex.*

Caules quam in præcedente altiōres, obtusi. - Folia majora (inferiora sæpe palmaria et ultra) cordata, oblonga, obtusiuscula, crenis rugisque majoribus, viridiora. Verticilli duodecimflori, numerosi, ita ut racemus sit longior. Bractæe longitudine calycis, vel etiam longiores, in longius acumen productæ, magis persistentes. Cal. et Corolla plus quam duplo majores, ille magis compressus, labiis magis divergentibus; dentibus acutis, nec mucronatis; hæc labio superiore magis pubescente, inferiore elegantius maculato et punctato. — Var. β . ex mente ill. GLEDITSCHII ad hanc potius quam præcedentem speciem referenda, differt foliis magis ovatis et tomentosis, ferratis, crispis. Rarius floret. — Odor saporeque præcedentis.

3. *S. cretica* foliis lanceolatis crenatis, calycibus diphyllis. LINN. *spec. plant.* p. 33. SCHREBER in *200. act. n. c. tom. III. obs.* 92. p. 479.

• *Salvia* foliis perangustis sinuatis, longis petiolis infidentibus, lanuginosa. PLUK. *phyt. tab.* 57. f. 1. sine flore.

Salvia cretica angustifolia. CLVS. *hist.* p. 343.

Salvia tenuifolia. RIVIN. *monop. t.* 128. *bon.*

Habitat in Creta. Frutex.

Caules erecti, tomentosi. Folia longe petiolata, lanceolata, crenulata, obtusa. Bractæe ovatæ, integræ. Calyx diphyllus, foliolis subæqualibus: superiore tridentato, inferiore semibifido. Corolla calyce longior. Styli duo, longitudine labii superioris, stigmata simplicia. Ill. SCHREBER l.c. — Pro mera varietate *S. officinalis* a quibusdam habetur.

4. *S. baccifera* foliis ovato-lanceolatis crenulatis obtusis tomentosis, verticillis paucifloris, calycibus acutis.

Salvia pomifera. LINN. *sp. pl.* p. 34.

Salvia cretica pomifera. CLVS. *hist.* p. 343. (et non pomifera. ID. *ibid.*) MORIS. *hist.* 3. p. 399. *sess.* II. *tab.* 15. f. 4. PLVK. *alm.* 329. *tab.* 57. f. 2. et forte etiam 4.

Salvia baecifera. BAVH. *pin.* 237. TOVRN. *inst.* p. 181. RIV. *monop.* *tab.* 125.

Salvia cretica baccifera. CAM. *epit.* 476. ic. 6.

Salvia cretica cum gallis. GESN. *op. a perill.* SCHMIDEL *ed.* 2. *fascic.* 1. p. 19. *tab.* 8. f. 24.

Salvia gallifera cretica. BAVH. *hist.* 3. p. 306.

Salvia quinquefolia. RIVIN. *monop.* t. 131.

Habitat in Creta, Syria. Frutex.

Caulis fruticosus, obtusus, tomento canus. Folia ut in *S. officinali*, sed obscurius crenulata, obtusiora, tomento densiore candidantia; plerumque basi auricula duplici, passim etiam quadruplici aucta. Petioli longiores, tomento candido obducti. Verticilli remoti, sexflori. Bractæe ut in *S. officinali*, sed obtusæ. Flores minores. Calyx villosus, labio superiore tridentato, dentibus æqualibus, inferiore bifido, dentibus paullo latioribus, omnibus acutis. Corolla ecerulea, rarius alba. Stam. crus inferius anthera instructum. Stylus corolla longior. — Planta, cujus icon in opere Plukenetiano existat, differt foliis brevioribus et rotundioribus; quale exemplum, et quidem foliis plerisque basi utrinque auricula magna auctis, in horto sicco ill. SCHREBERI vidi. — Hæc *Salvia* in Creta gallas magnitudine et figura pomorum minorum profert, sessiles et stipitatas, villosas, cum pane aut in acetariis esculentas (ANGVILLARA *simplici* p. 202.) quæ ibidem in foris veneunt. *Θασκομήλια* Græcorum neotericorum.

5. *S. fragifera* foliis cordato-oblongis crenulatis obtusis tomentosis, floribus subspicatis, calycibus trifidis.

Salvia cretica frutescens, pomifera, foliis longioribus incanis et crispis. TOVRNEF. *coroll.* 10. *voy.* tom. I. p. 92. *tab.* 92. *opt.*

Salvia crispa. RIVIN. *monop. tab. 125. bon.* (non confundenda cum ea ejusdem nominis, quam ad speciem 2. al. legavi.)

Habitat in Creta. TOURNEF. *Palæstina, Syria.* PO-COCK. *Frutex.*

Caulis bi- s. tripedalis, fruticosus, inferne rubescens, superne, sicut rami, tomentosus albidus. Folia cordata, oblonga, crenulata, obtusa, rugis parvis exasperata, tomentosa, margine undulata, bi- s. tripollicaria. Petioli breves. Racemi breves, spiciformes, terminales lateralesque, erecti. Pedunculi oppositi, trifidi, brevissimi. Bractæ ovatæ, obtusæ, deciduæ. Flores magni. Calyx campanulatus, semitrididus: lacinia superiore semiorbiculata, obsolete tridentata, inferioribus ovatis, rotundatis, brevissime mucronatis. Margo purpurascit. Corollæ labium superius magnum, fornicatum, vix emarginatum, externe pubescens, cœrulescens; labii inferioris lacinia media lateribus modice reflexa, lata, emarginata, pallide cœrulea: basi punctis albis adpersa. Semina ovalia, nigricantia. Odor *Salviæ*, *Lavandulæ* odoris quodammodo particeps. — Hæc producit quoque in patria sua, ut *S. baccifera*, gallas, diametri pollicaris, villosas, sæpe foliosas, carne dura subdiaphana, sapida farctas, in foris venales sub nomine pomorum *Salviæ* (*pommes de sauge*). Quam ob rem TOURNEFORTIVS de calyce dicat p. 93. quod sit découpé irrégulièrement en cinq pointes, non capio, cum neque exemplum siccum, in herbario ill. SCHREBERI a me visum, neque icon ipsius summi viri, in loco natali delineata, simile quid monstret. — Hanc cum antecedente perill. a LINNE sub nomine *Salviæ pomiferæ* comprehendit *sp. pl. p. 34.*

6. *S. acetabulosa* foliis obovatis dentatis, calycibus campanulatis patentibus pilosis, caule fruticuloso. LINN. *mant. p. 25.*

Salvia peregrina Rauwolfii. GESN. *op. a perill. SCHMIDELIO ed. 1. p. 121. tab. 12. f. 103. bon.*

Salvia orientalis frutescens, foliis circinatis, acetabulis moluccæ. TOURN. *coroll.* 10.

Salvia cisti folio, PLUK. *phyt. tab. 57. f. 5. sine flora.*

Habitat in Oriente. Perennis.

Caulis fruticulofus, ramosus. Folia petiolata, obovata, subdentata, subtus tomentosa. Verticilli sexflori, racemum formantes. Bractææ ovatæ, integerrimæ, acuminatæ, glabræ, ciliatæ, calyce minores. Calyx amplus, patens, quinquedentatus. Corolla ex albedo purpurascens, calyce longior; labio superiore recto, bifido. Stylus corolla duplo longior.

7. *S. africana* foliis subrotundis ferratis, basi truncatis dentatis. LINN. *spec. plant. p. 38.* MILL. *ic. 150. tab. 225. f. 1. ed. germ. pl. rev. PANZERI t. 234.*

Salvia africana. RIV. *monop. t. 130.*

Salvia africana frutescens, folio scorodonix, flore violaceo. COMM. *hort. 2. p. 181. t. 91.*

Habitat in Africa meridionali. Frutex.

Caulis ramosus, candida et brevi lanugine obsitus. Folia inferiora ovata, ferrato-dentata, superiora angustiora magisque integra. Verticilli plerumque triflori, in racemum digesti. Corolla cœrulea. Labium superius longum, emarginatum, inferioris lacinia media maxima, emarginata, deflexa.

8. *S. colorata* foliis ellipticis subintegerrimis, tomentosis, calycibus limbo membranaceo colorato. LINN. *synt. veget. p. 66.*

Horminum africanum frutescens, cisti feminæ foliis subrotundis. MORIS. *hist. 3. sect. II. tab. 16.*

Salvia integerrima. MILLER. *ic. 150. tab. 225. f. 2. ed. germ. pl. rev. PANZERI tab. 234.*

Habitat ad promonterium b. spei. Frutex.

Caulis sexpedalis, tomentosus. Folia ovalia s. elliptica, tomentosa, inferiora serrulata, superiora integerrima, omnia acutiuscula, rugosa, petiolis brevibus dilatatis insidentia. (Inferiora rarius auriculata LINN.) Verticilli circiter sexflori, in racemum digesti. Bracteae ovatae s. orbiculatae, calycibus multo breviores; bracteolae similes, minores, ciliatae. Calyx magnus campanulatus, villosus, limbo caeruleo, quinque-dentato: dentibus inaequalibus, rotundatis, mucronatis; post anthesin magis ampliatus et feriori. Corolla calyce duplo longior, caerulea; labium superius erectum, falcatum, emarginatum, villosum; inferius laciniis lateralibus oblongis, margine reflexis; media maxima, emarginata. Staminum vectes corolla breviores, curvi; crusculo inferiore brevi, glandulifero. Stylus labio superiore longior, caeruleus.

9. *S. aurea* foliis subrotundis integerrimis, basi truncatis dentatis. LINN. *spec. plant.* p. 38.

Salvia africana frutescens, folio subrotundo glauco, flore magno aureo. COMMEL. *hort.* 2. p. 183. *tab.* 92.

Salvia folio glauco. RIVIN. *monop.* *tab.* 130. *f.* 2? *sine flore.*

Habitat ad caput b. spei. Frutex.

Caulis fruticosus, ramis teretibus, fuscis, ramulis tetragonis tomentosus. Folia subrotundo-ovata, integerrima, acuta, coriacea, avenia, tomento densissimo glauco obducta. Racemus terminalis. Flores oppositi pedunculis brevibus insidentes. Calyx campanulatus, basi villosus, limbo amplo, rubicundo, venulis copiosis reticulato, trifido: laciniis rotundatis: superiore majore triloba. Corolla maxima. Labium superius falcatum, aureum; inferius trifidum, sanguineum basi maculatum: lacinia media biloba, lateribus reflexa, nec concava. Stam. vectes corolla breviores, crusculo infimo brevi glandulifero.

10. *S. paniculata* foliis obovato-cuneiformibus, denticulatis nudis, caule frutescente. LINN. mant. 25.

Salvia minor æthiopica, folijs chamælagui asperis. MORIS. hist. 3. p. 400. sect. II. tab. 16. f. 19.

Habitat in Africa. Frutex.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, purpurascens, scaber, ramis sterilibus brevibus. Folia parva, cuneiformia, apicem versus denticulata vel integerrima, lævia, subpetiolata. Panícula brachiata, ramis inferioribus ramosis. Flores oppositi. Calyx majusculus, pilosus, purpurascens, labio superiore tridentato, inferiore acute bidentato. Corolla purpureo-violacea. Staminum vectes long. corollæ. Stylus longior. — Odor et sapor aromaticus.

+ 11. *S. coccinea* foliis cordatis acutis ferratis, verticillis subnudis.

Salvia coccinea. BUCHODZ. dict. cent. 2. dec. 3. pl. 2.

Salvia americana, flore coccineo. MORIS. hist. 3. p. 399. sect. II. tab. 16. f. 9? vix videtur.

Habitat in Æthiopia, unde semen ab equite BRUCE, Scoto, allatum fuisse dicitur. Biennis.

Caulis obtusus, sublanuginosus. Folia cordata, æqualiter serrata, acuta, rugosa, supra nitida, subtus tomentosa. Bractæ lanceolatae, ciliatae. Verticilli multiflori (ad 10), in racemum digesti. Calyces rubescentes. Corolla coccinea, externe sericea. Tubus incurvus; labium superius concavum, emarginatum; inferioris lacinae laterales subrotundæ integræ, media subcordata, crenata, emarginata. Filamenta et pistillum filiforme coccinea; antheræ albæ. Semina oblonga nitida.

12. *S. serotina* foliis cordatis ferratis mollibus, floribus racemoso-spicatis, corollis vix calycem excedentibus. LINN. mant. p. 25.

Salvia foliis cordato-ovatis serratis rugosis, bracteis subverticillis senis, calycibus tridentatis. ARDVIN. *spec. r.* p. 10. t. 2.

Habitat in Chio? ARDVINI. *Biennis.*

Caulis sesquipedalis, suffruticosus, tomentosus. Folia petiolata, cordata, inæqualiter serrata, obtusa, margine undulata, incana, mollia. Bracteæ lanceolatae, ciliatae, acutae, deciduae. Bracteolæ quatuor similes, sed angustiores, pedunculis exterioribus subjectæ. Flores verticillati. Verticilli circiter sexflori: inferiores pedunculati. Pedunculi breves. Calyx pilosus, pilis glutine capitatis; labium superius obscure tridentatum; inferius bifidum, acutum. Corolla cœrulea, calyce vix longior, labio inferiore macula gemina alba vario. — Tota planta gravem odorem spirat.

✱ 13. *S. napifolia* foliis inferioribus pinnatifidis, superioribus cordato-sagittatis dentatis, calycibus patulis.

Salvia napifolia. IACQ. *hort. vind. 2. p. 71. t. 152. egregia.*
Horminum napi folio. MORIS. *hort. blefens. p. 273. TOVRN. inst. p. 178?*

Habitat in Italia et Gallia. Perennis.

Caules ascendentes, obtusi, hirsuti. Folia infima pinnata, frequentia pinnatifida, superiora sagittata vel etiam cordato sagittata, dentata, villosa, sicut caules nonnihil viscida, inferiora obtusa, superiora acuta. Petioli foliorum inferiorum longi, superiorum nulli. Verticilli remoti, duodecimflori. Pedunculi breves. Flores patuli. Calyx purpureus, pubescens; labio superiore ascendente, tridentato: medio dente minore et sæpius oblitterato; inferiore dentibus duobus acutis. Corolla calyce vix duplo longior, saturate cœrulea. Labium superius ascendens, obcordatum: lateribus subreflexis. Inferius patens, laciniis subæqualibus: lateralibus verticalibus, oblique ovatis, apice rotundatis, media productiore, oblonga, emarginata, plana, a basi ad medium excavata, absque macula diversi coloris.

Stamina 6 medio corollæ emergunt, cœrulea: veltis crusculo superiore brevissimo, reflexo, sterili, inferiore longitudinem labii inferioris fere attingente, sustinente antheram nigricantem. Stylus longitudine staminum.

14. *S. pinnata* foliis pinnatis, pinnis erosis.

Salvia pinnata. LINN. *sp. pl.* p. 39.

Salvia orientalis, *latifolia*, *hirsutissima*, viscosa, pinnata, inodora. BOERH. *Lugdb.* 1. p. 167. *tab.* 167.

Salvia foliis ebuli. BUCHAYM *cent.* 2. p. 41. *tab.* 46.

Habitat in Oriente.

Caulis fruticosus, villosus. Folia pinnata, inferiora e pinnarum paribus tribus et impari majore composita, superiora eadem lege ternata, suprema parva, simplicia, basi sæpius auriculata, omnia inæqualiter crenata, obtusa, superne viridia, subtus villosa. Verticilli quadri- l. sexflori, in racemum brevem digesti. Bractæe parvæ, ovatæ, ciliatæ, deciduæ; bracteolæ minores, ovato-lanceolatæ. Calyx tubulosus, inflatus; labio superiore tri- inferiore (profundius) bidentato, dentibus acuminatis; ore post deflorescentiam connivente. Corollæ purpureo cœruleæ tubus longitudine calycis; labium superius breve, emarginatum, inferioris lacinia media maxima, emarginata. Stamina longitudine labii superioris. Stylus purpureo-violaceus. — Tota planta viscosa.

15. *S. incarnata* foliis pinnatis serratis, caulibus procumbentibus hirsutis.

Salvia orientalis. MILLER *dist.* tom. 4. p. 36. *edit. germ.* pl. rev. PANZER.

Horminum chalapense, alato folio, flore majore rubicundo.

MORIS. *hist.* 3. p. 394. *sect.* 11. *tab.* 13. f. 19.

Habitat in Oriente. Perennis.

Caulis procumbentes, quadrangulares. Folia inferiora pinnata, superiora ternata, majore impari, æqualiter serrata, petiolis longis insidentia, summa sæpe simplicia. Flores verticillati, magni, cænei. Semina rotunda, nigra.

§. VI.

II. HORMINA T.

16. *S. Horminum* foliis oblongis crenatis obtusis, calycibus fructiferis deflexis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis.

Salvia Horminum. LINN. *sp. pl.* p. 34.

Horminum. DODON. *pempt.* p. 293. LOBEL. *icon.* p. 553. TABERN. *hist.* p. 764.

Orminum verum Matthioli. GESS. *fasc. 6 perill.* SCHMIDELIO *edit. 1.* p. 17. t. II. f. 21.

Horminum coma purpuro-violacea. TOURN. *inst.* 178.

Sclarea minor, coma violacea. BURKHARDT *cent. 4.* p. 24. t. 39. f. 2.

Horminum creticum. ALPIN. *exot.* 173. BARREL. *obs.* 226. ic. 1233.

β. *Horminum coma rubra.* BAYH. *hist.* 3. p. 309. TOURN. *inst.* 178. RIVIN. *monop.* t. 59. f. 2.

Habitat in Græcia, Illyria, Apulia.

Caulis erectus, obtusus, villosus: villis in duobus internodiis lateribus oppositis multo copiosioribus; quibusdam in summitate plantæ capitatis. Folia petiolata, basi nonnumquam inæqualiter terminata, inferiora ovata, superiora oblonga, crenata, obtusa, venosa, supra viridiora, infra pallidiora. Verticilli remoti, sexflori. Bracteæ cordatæ, integerrimæ, acuminatæ, pilosæ, supremæ steriles majores coloratæ; cæruleæ rosæve venis viridibus. Bracteolæ

utrin-

utrinque duæ, lineares, ciliatæ, acutæ, longitudine fere bractearum. Calyx villosus, labio superiore bidentato, emarginato, cum minuto acutissimo, inferiore bifido mucronato. Corollæ tubus longitudine calycis; labium superius falcatum, submarginatum, villosum, inferius trifidum, laciniis lateralibus ovato-oblongis; media concava, basi tuberculata, leviter emarginata. Stamina longitudine labii superioris, crufculo inferiore apice membranaceo emarginato. — Var. β . differt a priori foliis obtusius crenatis et colore comæ roseo, cum illius color sit e purpureo violaceus. — Corollæ color semper convenit cum colore comæ, galea tamen sola saturate colorata est; labium inferius pallidum, in var. β . lacteum margine roseo. Hæc ad elegantissimas plantas hujus familiæ pertinet.

- + 17. *S. viridis* foliis oblongis crenatis, corollarum galea semiorbiculata, calycibus fructiferis deflexis. LINN.
Spec. pl. p. 34.

Horminum coma viridi. TOURN. *Inf. 178.*

Habitat in Oriente prope Constantinopolin. FORSKOL.

Caulis erectus subpilosus. Folia ex ovatis oblonga, æqualiter crenata, obtusa; inferiora longe petiolata, superiora sessilia. Bracteæ cordatæ acutæ, ciliatæ, virides. Bracteolæ quatuor, lineares, perangustæ, ciliatæ, acutæ. Verticilli circiter sexflori. Calyx fructifer deflexus: labium superius tridentatum: medio minuto, lateralibus, sicut et dentibus labii inferioris mucronatis. Cor. lab. superius semiorbiculatum; inferius emarginatum, dentibus lateralibus prominulis acutis. — Proxime convenit cum antecedente et forsitan vix species satis ab illa distincta.

- + 18. *S. hispanica* foliis ovatis petiolatis utrinque mucronatis, spleis imbricatis, calycibus trifidis. LINN.
Sp. pl. p. 37.

Sciarea hispanica. TABERN. *ic. 374? hist. 764?*

Habitat in Italia et Hispania. Annuus.

Caulis erectus, villosus, angulis obtusis. Folia ovata, serrata, (basi integerrima), ciliata, acuminata, villis raris conspersa, petiolarum petiolis margine parum alatis, basi obtusum mucronem exsertentibus. Bractæ ovatae, integerrimae, ciliatae, acuminatae, pilosae. Spica imbricata, cernua. Verticilli decemflori. Calyx pilosus, ventricosus. Labium superius integrum, inferius bifidum. Corollae pallide caeruleae tubus longitudine calycis, labium superius concavum, villosum; inferius trifidum, obtusum, integerrimum; basi albo bimaculatum. Stylus barbatus retrorsum flexus. Semina oblonga, fusco-cinerea, punctulis nigris notata. — Synonymon Tabernæmontani, a perill. LINNEO ad hanc speciem relatum, dubium mihi videtur.

19. *S. verbenaca* foliis sinuatis crenatis laeviusculis, corollis calyce angustioribus. LINN. *spec. pl.* p. 35.

Hormini silvestris quarti quinta species. CLVS. *hist* XXXI.

Horminum silvestre minus, inciso folio, flore azureo. BARRELI. *obs.* 228. t. 208.

Horminum silvestre, lavandulae flore. C. BAVH. *pin.* 329.

Habitat in Hispania, Gallia, Anglia, Oriente. Perennis.

Caulis erectus, piloso-viscidus. Folia inferiora longis, media brevioribus petiolis insidentia, summa sessilia, omnia sinuata, crenata, inferiora obtusa, superiora acuta, subrugosa, laeviuscula. Bractæ calyce breviores, sessiles, cordatae, acuminatae, pilosae, lateribus reflexae. Flores verticillato-spicati, subpedunculati. Spicae cernuae. Calycis labium superius ascendens, ovatum, obsolete tridentatum; inferius mucronatum. Corolla calyce angustior; tubus longitudine calycis; labium superius emarginatum, (rarius bifidum), violaceum, labium inferius trifidum dilute caeruleum, circa faucein lineis quatuor nigro-purpureis notatum. Stylus extra labium superius vix prominens. — *Rarissime variat floribus albis, observante BARRELIERO.*

- + 20. *S. clandestina* foliis pinnatifidis dentatis hirsutis, spica obtusa, corollis calyce angustioribus. LINN. *spec. plant.* p. 36.

Horminum silvestre, inciso folio, cæcis flore, italicum.

BARRER. *obs.* 229. *ic.* 220.

Habitat in Italia, Africa. Bismis.

Caulis pedales, adscendentes, obtusanguli, villosi viscosi, inferne tamen minus, quam versus summitatem. Folia oblonga, cordata, pinnato-sinuata, dentata, obtusa, lævia, petiolata, (superiora sessilis). Spica brevis, obtusa; verticillis sexfloris. Bracteæ cordatæ, ciliatæ, acuminatæ. Calyces magni, striati, patentes, pilis glutinosis adpersi; labia profunde separata. Corolla cœrulea, calyce duplo longior.

21. *S. dominicana* foliis cordatis obtusis crenatis subto-mentosis, corollis calyce angustioribus. LINN. *spec. plant.* p. 35.

Salvia dominica. MILLER *dist.* T. IV. p. 50.

Habitat in insula antillica S. Domingo. Annua.

Caulis rectus, ramosus. Folia cordata, viridia, splendentia, crenata, petiolis longis tenuibus insidentia. Flores laxè verticillati, cœrulei. Tubus calyce angustior. MILLER. — Planta mihi ignota.

22. *S. ægyptiaca* foliis lanceolatis denticulatis, verticillis subtrifloris, bracteis minutis mucronatis.

Salvia ægyptiaca. LINN. *spec. plant.* p. 33. IACQ. *hort.* 2 p. 49. *tab.* 108.

Horminum ægyptium minimum ramosissimum. SOERN. *ingdb.* 1. p. 66.

Habitat in Aegypto. Suffrutex.

Caulis strictus, canescens, hirtus. Folia lanceolata, denticulata, acuta, venosa, rugosa; inferiora circiter uncialia, petiolata; summa angustiora, subsessilia. Bractea parva, mucronata. Flores plerumque terni, brevius pedunculati, parvi. Calycis labium superius indivisum; inferius profunde bifidum, acuminatum. Corollae albae labium superius brevissimum, bifidum; inferioris lacinia media maxima, crenata, concava: fascia violacea aut purpurea cum punctulis aliquot ejusdem coloris. Antherae caeruleae. Semina ovalis, nigra, glabra. — Planta subaromatica.

23. *S. urticifolia* foliis ovato-oblongis, dentatis, petiollis alatis.

Salvia urticifolia. LINN. *sp. pl.* p. 34.

Horminum virginianum erectum, urticae foliis, flore minore:
MORIS. *hist.* 3, p. 395. *secl.* II. t. 13, f. 31.

Horminum minus, betonicae folio, flore purpureo. FLV. *amalth.* 119, t. 420. f. 12

Habitat in Virginia, Florida: Perennis.

Caulis erectus, villosus-viscidus. Folia ovato-oblonga, crenato-dentata, obtusiuscula, pilis raris glutine capitatis conspersa, parum rugosa, quodammodo carnosae, petiolata: parenchymate folii ad petioli latera continuato. Spicae laxae verticillatae, ante florescentiam tetragonae. Bractea ovata, ciliata, mucronata, longitudine fere calycum. Pedunculi brevissimi. Calyx basi striatus, villosus-viscidus, labio superiore tridentato, inferiore bifido mucronato, paulo longiore: Corolla parva, calyce non multo longior, caerulea nonnihil ad rubicundum vergens. Labium superius emarginatum; inferioris lacinia media concava, vix emarginata; laterales obtusae. Faux sub labio inferiore prominula. Stam. vectes breves, incurvi, albi: apice inferiore nigro. — Odor gratus, fere *Salviae silvestris*.

24. *S. verticillata* foliis cordatis, crenato-dentatis, stylo labio inferiori corollæ incumbente. LINN. *Spec. plant.* p. 37.

Salvia foliis cordatis serratis, verticillis densissimis, in spicam continuatis. HALL. *hist.* p. 110. n. 251. ubi vir perill. synonymon *Salvia indica* LINNEO addit.

Horminum silvestre tertium. CLVS. *hist.* p. XXIX.

Horminum silvestre, latifolium, verticillatum. BAVH. *pin.* 238. MORIS. *hist.* 3. p. 395. *sect.* 11. *tab.* 14. *f.* 29. H. BAVH. 3. p. 314.

Horminum spurium. REV. *monop.* *tab.* 60.

β. Horminum silvestre hirsutum, lampsanæ folio, flore caesio. BARREL. *obs.* 225. *ic.* 199.

Horminum silvestre latifolium tingitanum majus, alatis foliis. MORIS. *hist.* 3. p. 395?

Horminum folio rapi. BVXB. *cent.* 5. *app.* p. 43. *f.* 23.

Habitat in Misnia circa Dresdam et alibi; Austria, Helvetia.

β. In Italia, Tataria. Perennis.

Caulis erectus, villosus. Folia cordata, sæpe cordato-sagittata, crenato-dentata, acutiuscula, rugosa, villosa, petiolata: petioli, præsertim foliorum inferiorum, sæpe pinnarum parvarum subrotundarum pari auctis. Bractæ cordato-lanceolatae, cito marcescentes. Verticilli remoti, multiflori, e viginti et pluribus floribus conflati. Peduncali filiformes, inæquales. Calyx villosus, labio superiore tridentato: dentibus obtusiusculis, æqualibus; inferiore bidentato: dentibus acutis. Corolla externe pubescens, saturate cœrulea. Tubus una cum fauce nonnihil inflata, pallide cœrulea, calyce longior. Labium superius breve, fornicatum, basi coarctatum; inferioris laciniae laterales oblique ovatae, media obcordata, concava. Vectis crus infimum longitudine superioris, obtusum, glandula nulla terminatum. Stylus e medio tubi prominens labio inferiori sæpius

sæpius incumbens. — Ante et post anthesin calyces deflexi sunt. Non confundenda est cum *S. napifolia*.

25. *S. lyrata* foliis radicalibus lyratis dentatis, galea corollæ brevissima. LINN. *spec. pl.* p. 33.

Horminum virginianum, caule aphylo, foliis quercinis, tubuloso longo flore. MORIS. *hist. 3.* p. 395. *sest. II.* t. 13. f. 27.

β. *Horminum virginianum*. LINN. *sp. pl.* p. 832. *mant.* p. 318.

Melissa atro-rubens, bugulæ folio. DILL. *h. eth.* 29. *tab.* 175. f. 216.

Habitat in Virginia et Carolina. Perennis.

Caules ascendentes, rare pilosi. Folia obovata, repanda, basi lyrata, obtusa, pilis raris conspersa, petiolata. Verticilli remoti, subflexlori. Bractæ ovatae, acutiusculæ. Bracteolæ utrinque duæ, lineares, ciliatæ, acutæ, longitudine calycis. Calyx depressus: labio superiore lato, obsolete tridentato, inferiore bifido, dentibus omnibus mucronatis. Corolla purpuro-violacea. Tubus calyce multum longior. Labium superius brevissimum, concavum. — Var. β. differt foliis sinuato-repandis, corollis plerumque imperfectis.

26. *S. Forskolei* foliis lyrato auriculatis, caule subaphyllo, corollæ galea semibifida. LINN. *mant.* p. 26.

Salvia bifida foliis radicalibus hastato-lyratis, dentatis, hispida. FORSKÖL. *flor. agypt. arab.* p. 202.

Habitat in Oriente, prope Constantinopolin frequens. Perennis.

Caulis pedalis, tetragonus, villosus, fere aphyllus. Folia in limbo caule pauca, pollicaria, petiolata, lyrata, ad radicem plura, spithamalia, hastato-lyrata, dentata, obtusa, utrinque hispida, basi auriculata. Petioli breves, Verticilli quadriflori. Flores magni, violæ

violacei. Labium superius externe glandulosum, viscidum, pilosum, bifidum; inferius medio album, punctis violaceis. FORSKÖL.

§. VII.

III. SCLAREAE T.

- * 27. *S. Sclarea* foliis cordatis crenato-dentatis rugosis villosis, bracteis coloratis calyce longioribus concavis acuminatis. LINN. *spec. plant.* p. 38.

Horminum filvestre primum. CLVS. *hist.* p. XXVIII.

Orvala. DODON. *pempt.* p. 292.

Sclarea. BLAKWELL. *herb. cent. 2. tab. 122.* TABERN. *hist.* p. 764. MORIS. *hist. 3. p. 392. sect. 11. tab. 16. f. 1.*

Scarlea, officinarum Gallitrichum. LOBEL. *ic.* 556.

Horminum. RIVIN. *monop.* tab. 55.

Habitat in Syria, Italia. Biennis.

Caulis erectus, crassus, ramosus, villosus viscidus. Folia cordata, acute crenata, acuta, rugosa, villis minutis vestita, inferiora petiolata, summa sessilia. Panicula brachiata. Verticilli triflori. Bractea cordata, ciliata, acuminata, concava, calycibus longiores. Flores brevissime pedunculati. Calyx compressus, sulcatus, pilosoglutinosus, mucronatus: labio superiore tridentato: dente medio brevius mucronato; inferiore bifido. Corollae tubus longitudine calycis, labium superius erectum, sulcatum. Stamina vestes cruculo superiore curvo, longitudine labii superioris; inferiore brevissimo, glandulam foliaceam ferente. Semina subrotunda, e luteo rufescentia.

- * 28. *S. Aethiopia* foliis oblongis erosissimis lanatis, verticillis lanatis, corollae labio crenato, bracteis recurvatis

vatis subspinosis. LINN. *syft.* p. 66. IACQ. *flor.*
cent. 3. p. 7. t. 211.

Aethiopis. DODON. *pempt.* p. 148. I. BAVH. *hifl.* 3.
p. 315. MORIS. *hifl.* 3. p. 392. *feñ.* 11. tab. 13. f. 4.

Aethiopis phlomitia. LOBEL. *ic.* 566.

Horminum flore albo. RIVIN. *monop.* tab. 56.

Sclearea vulgaris, lanuginosa, ampliffimo folio. TOURN.
inf. 179.

β. Aethiopis laciniatis foliis. BARREL. *obf.* 233. *ic.* 188.

Sclearea laciniatis foliis. TOURN. *inf.* 179.

γ. Marum Aegyptiorum. PROSP. ALP. *exot.* p. 252.

Horminum fyriacum album, falviae folio lanuginoso. MO-
RIS. *hifl.* 3. p. 392. *feñ.* 11. tab. 16. f. 3.

Habitat in Illyria, Graecia, Africa. Biennis.

Caulis erectus, obtuse tetragonus, lanuginosus, ramosus. Fo-
lia breviter petiolata aut sessilia, recurvata, ovata, lata, erosa, ob-
tusiuscula, rugosa, densa et alba lanugine obducta, superiora angu-
stiora, acutiora. Panicula brachiata. Verticilli triflori, lanati.
Bractæe recurvatae, cordatae, aristatae, concavae, longitudine caly-
cis. Calyx tubulosus, compressus, striatus, lanatus, superne am-
pliatus bilabiatus: labio superiore tridentato (medio minore), inferiore
bidentato, utroque mucronato. Corolla candida pubescens. Tubus
calyce brevior. Labium superius erectum, falcatum, compressum,
emarginatum; labii inferioris laciniae laterales lanceolatae, media bi-
loba, ita concava, ut quasi saccum formet. Stamina longitudine
galeae. Vestes breves, rectiusculi, inferiore crusculo glandulifero.
Semina e rotundis triangularia, fusca. — Var. β. differt foliis pro-
funde laciniatis. — Var. γ. foliis magis oblongis, quam Aethiopis
vulgaris, quae praecipue circa basin sunt sinuata.

29. *S. spinosa* foliis oblongis subcordatis, repandis, calycibus spinosis, bracteis concavis mucronatis.
LINN. mant. p. 26.

Habitat in Aegypto. FORSKOL.

Caulis pedalis, obsolete quadrangulus, pilis raris glutine capitatis, sicut tota planta, conspersus, brachiatus. Folia petiolata, ovata, subcordata, rugosa, subpilosa, obtusiuscula, repanda; summa sessilia, acuminata, dentata. Verticilli triflori. Bracteae cordatae, integerrimae; ciliatae, longe mucronatae, concavae, calyce longiores. Flores erectiusculi. Calyx tubulosus, compressus, sulcatus, labio superiore tridentato, inferio bifido: dentibus mucronatis, pungentibus. Corollae tubus calyce paullo longior; faux prominula; labium superius erectum; labii inferioris lacinia media majore, concava, biloba. Stamina alba; vestes labio superiore longiores, curvi; crusculo inferiore appendice foliacea majuscula aucta; antherae flavae. Stylus tenuis, purpureus.

30. *S. tingitana* foliis cordatis erosis, calycibus spinosis sulcatis, bracteis concavis mucronatis.

Sclarea tingitana foetidissima hirsuta, flore albo. TOURN.
inst. p. 179.

Horminum tingitanum. RIV. monop. t. 62. bon. sed male spinas calycis neglexit sculptor.

Habitat in Africa.

Caulis erectus, obtusiusculus, villosus, villis longis tortilibus, usque intermixtis brevibus glutiniferis. Tales etiam in petiolis, foliis, bracteis calycibusque observantur. Folia *S. Disermas*, sed laetiora, acuta. Verticilli, bracteae et calyces *S. spinosae*, sed hi breviores, ad limbum usque profundius sulcati, brevius mucronati. Corollae albae.

31. *S. syriaca* foliis cordatis dentatis: inferioribus repandis, bracteis cordatis brevibus acutis, calycibus tomentosis. LINN. *spec. plant.* p. 36.

Habitat in Oriente, Palaestina.

Statura *S. pratensis*. Caules obtuse angulati. Folia cordata, rugosissima, subtomentosa, repanda, dentata, obtuse crenata. Panicula brachiata, virgata. Bracteae calyce breviores, cordatae. Calyces quinquefidi, aequales, acuminati, tomentosi. Corollae albae. Stylus galea duplo longior. — Ita perill. a LINNÆ hanc speciem describit, a se ad exempla sicca, ab HASSELQVISTIO missa, constitutam, mihi vero plane ignotam. Hujus synonymon facit *Horminum syriacum* C. B., quod ad *S. Difermas* potius pertinere dubium mihi non est. Alia est *S. syriaca MILLERI* ab utraque diversa.

32. *S. Difermas* foliis cordato-oblongis, erosis, petiolis marginatis.

Salvia difermas. LINN. *sp. pl.* p. 36. *mant.* p. 318.

Horminum syriacum. BAVH. *prodr.* p. 114. *c. ic.* MORIS. *hist.* 3. p. 392. *f. 11. t. 16. f. 2.*

Horminum silvestre majus, flore albo, integris foliis. BARR. *REL. obs.* 235. *ic.* 187.

Salvia caule fruticoso, foliis ovatis sinuatis, crenatis, rugosis, hirsutis. ARD. *spec. 1.* p. 9. *tab. 1.*

Salvia villosa et viscosa, foliis lanceolato-ovatis, versus petiolum angulatis. ALLION. *hort.* 49. *n. 4.*

Habitat in Syria. Perennis.

Caules erecti, villosi. Folia cordato-oblonga, margine erosa, rugosa, villosa, petiolata: petiolis tomentosis, ala angusta marginatis. Bracteae cordatae, acuminatae, villosae, viscidae, longitudine caly-

calycis. Flores verticillati. Calyx villoso viscidus; labium superius æqualiter tridentatum, inferius bifidum, utrumque mucronatum. Corolla villosa, alba. Tubus longitudine calycis; labium superius erectum; inferioris laciniae laterales oblongae, rectae, media maxima, dependens. Filamenta longitudine corollae; antherae flavae. Stylus labio superiore longior. Semina variegata. — Tota planta villosa-viscosa, grato gravi odore. Bifarmar aut Bisennas Syrorum.

33. *S. argentea* foliis ovatis dentato-angulatis lanatis, verticillis summis sterilibus; bracteis concavis. LINN.
Spec. plant. p. 38.

Sclarea sicula, folio argenteo, subrotundo. BOERN.
Magdb. r. p. 163.

Habitat in Creta et Sicilia. MILLER. Biennis.

Caulis erectus, subtomentosus. Folia ovata, inferiora erosa, superiora dentata, angulata, tomentosa. Panicula brachiata, pubescens, viscosa; ramorum summitatibus sterilibus quasi spinifcentibus. Bracteae concavae, muticae. Corolla alba. Labium superius erectum, villo purpurascente pubescens; inferius flavicans. Stylus corolla longior. LINN.

34. *S. haematodes* foliis cordato-ovatis crenatis rugosis tomentosis, calycibus hispidis, radice tuberosa. LINN.
Spec. plant. p. 35.

Horminum silvestre majus, haematodes, glabrum, flore coeruleo, italicum. BARREL. obs. 234. tab. 185.

Horminum silvestre, maculatum, tuberosum. MORIS. hist. 3. p. 394. sect. II. tab. 14. f. 15.

Sclarea aphodeli radice. TOURN. inſt. p. 179.

Habitat in Italia. Perennis.

Radix longa, tuberosa. Caulis erectus, leviter hirsutus, viscidus. Folia oblongo-cordata, crenata, rugosa, subtomentosa, sanguineis maculis sæpissime picta, petiolata, petiolis villosis; summa sessilia. Racemi laxè verticillati. Calyx hirsutus, dentibus labii superioris obtusis. Corolla cœrulea purpurascens. Labium superius basi coarctatum, erectum, villosum; inferioris laciniæ laterales oblongæ, media deflexa. Stylus corolla longior. Semina fusca, subrotunda.

35. *S. mexicana* foliis ovatis utrinque acuminatis serratis. LINN. *Spec. pl.* p. 37.

Scalaria mexicana altissima facie heliotropii. DILL. *hort. eth.* 339. t. 254. f. 330.

Juncea. HEIST. *praf. ad epist.* BURKHARDI p. 92. tab. 1. *fig. mediocr.*

Habitat in Mexici humentibus. Frutex.

Caulis erectus, ramosus, ramis purpureis. Folia ovata, utrinque acuminata, serrata, basi tamen integerrima, rugosa, subtus tomentosa, petiolata. Verticilli sexflori, in racemum longum digesti. Calyx longus, hirsutus; labio superiore integro, inferiore bifido. Corollæ subhirsutæ, tubus calyce multo major, cylindræus; labium superius subfalcatum, inferiore longius, emarginatum; inferius deflexum, laciniis lateralibus reflexis. Stamina longitudine labii superioris. Stylus hirsutus. Stigma bifidum e labio superiore prominens.

+ 36. *S. canariensis* foliis hastato-triangularibus oblongis crenatis, (calycis margine colorato), LINN. *Spec. plant.* p. 38.

Horminum canariense tomentosum, hastato folio, Mustazi et *Salvia arborea* nominatum. MORIS. *hist.* 3. p. 394. *sect. 11. tab. 13. f. 17. bon.*

Horminum hastatis amplioribus foliis & ari modo alatis,
cauli

caulis et pediculis arantosa lanugine villosis. **PLUK.**
almag. p. 185. tab. 301. f. 2.

Merminum folio hastato. **RIVIN. monop. tab. 61.**

Scleara folio triangulari, caule tomentoso. **TOURN. infl.**
p. 180.

Habitat in insulis Canariis. Frutex.

Caulis orgyialis, erectus, ramosus, tomento longo, laxo et candido obductus. Folia hastata, lanceolato-triangularia, crenulata, obtusa, petiolata, una cum petiolis tomentosa. Racemi terminales et laterales, ex alis foliorum supremorum, breves, laxi. Bractea colorata: majores lato-lanceolatae, minores duae vel quatuor lineares. Calyx campanulatus, compressus, subvillosus, margine coloratus, semibifidus; labio superiore ascendente, obsolete tridentato, inferiore profunde bifido, laciniis rectis, oblongis, emarginatis, mucronatis. Corolla calyce duplo longior, coerulea. Tubus calyce brevior, labium superius falcatum, concavum; inferioris lacinae laterales rectae, media emarginata. Vexes longitudine labii superioris, curvi, crusclo inferiore brevissimo. Stylus corolla longior. Semina subrotunda, cinerea.

37. *S. filvestris* foliis cordato-lanceolatis ferratis acutis, bracteis coloratis. **LINN. sp. pl. p. 34. IACQ.**
fl. austr. cent. 3. p. 7. t. 212.

Mermini filvestris quinti altera species. **CLVS. hist. p. XXXI.**

Orvula altera. **DODON. pempt. p. 292.**

Merminum filvestre falvifolium majus vel maculatum, **PLUK.**
pis. p. 239.

Scleara folio falvize major vel maculata. **TOURN. infl. 180.**

38. *Salvia nemorosa.* **LINN. sp. pl. p. 35.**

Mermini filvestris quinti species prior. **CLVS. l. 51.**

Horminum filvestre falvifolium minus. SAVH. pin. l. 2.
MORIS. hist. 3. p. 394. sess. 11. tab. 14. f. 21.

Scleara folio falvix minor five glabra. TOURN. infl. 180.

Habitat in Saxonia, Bohemia, Austria, Russia, Tataria usque
ad fl. Irtyfch, Sibiria. Perennis.

Caulis erectus, villosus, punctatus. Folia infima longe, superiora brevius petiolata, ovato-lanceolata, basi cordata, inaequaliter crenata, quo superiora, eo acutiora, rugosa, utrinque, praesertim subtus, tomento tenui vestita, ingrate viridia. Verticilli sexflori, in racemos longos digesti. Bractea ovatae, acuminatae, purpureae, longitudine calycis, persistentes. Calyx brevi pedunculo insidens, striatus, villosus, purpurascens: labio superiore brevissime tridentato, inferiore bifido, dentibus acutis. Corolla caerulea; tubus longitudine calycis; labium superius falcatum, compressum, emarginatum, pilis brevibus albis punctisque glandularibus candidis conspersum; inferioris lacinia media concava, emarginata, subtus barbata, immaculata; laterales parvae, obtusae, revolutae. Stylus e labio superiore prominens. — Var. β . differt ramis paucioribus, caulibus calycibusque minus pilosis, foliis angustioribus aequaliter ferratis vel potius crenatis, minus tomentosis. Vix igitur eam pro diversa specie assumere licet, eo magis, cum ipse in horto botanico Erlangensi observaverim, Salviam filvestrem, quae e semine e Tataria accepto prodiit, quotannis redditam esse minus pilosam, ita ut a Salvia nemorosa LINN. fere non potuerit distingui. — Tota planta odorem aromaticum spirat.

+ 38. *S. glutinosa* foliis cordato-sagittatis, ferratis, acutis. LINN. spec. plant. p. 37.

Horminum filvestre secundum, colus Iovis. CLUS. hist. p. XXIX. LOBEL. ic. 557.

Orvala tertia. DODON. pempt. p. 292.

Horminum luteum. GREN. op. fasc. 1. p. 17. tab. 10. f. 20.

MORIS. *hist. 3. p. 394. sect. II. tab. 13. f. 18.* RIVIN.
monop. tab. 57.

Habitat in Europæ lufis. Perennis.

Caules erecti, obtusi, villosi. Folia petiolata, cordato-sagittata, profunde ferrata, longe acuminata, rugosa, una cum petiolis villosa. Verticilli sexflori, in racemos longos flexuosos digesti. Bractææ ovato-lanceolatae, acuminatae, longitudine calycis. Calycis labium superius integrum, acutum; inferius bifidum, acutum. Corolla magna, flava. Tubus calyce longior et angustior; labium superius falcatum, villosum, punctatum; labii inferioris laciniae laterales oblongae, integrae; media emarginata, crenata. Stamina vinctes longi, curvi, crurculo inferiore brevi, glandulifero. Stylus prominens. Semina ovalia, fusca, paululum compressa. Villi totius plantæ excernunt gluten admodum tenax.

39. *S. indica* foliis cordatis sinuato-dentatis, verticillis subnudis remotissimis.

Salvia indica, LINN. *spec. plant. p. 37.* IACQ. *hort. vind. r. p. 33. tab. 78.*

Horminum majus, amplo flore violaceo, lobis florum punctis aureis. MORIS. *hist. 3. p. 394. sect. II. tab. 13. f. 16.*

Horminum flore variegato. RIVIN. *monop. tab. 59. f. 1. absque foliis.*

Sclæra indica, flore variegato. TOWN. *infr. 179.*

Habitat in India orientali. Perennis.

Caules tripedales, obtusi, hirsuti, in primis basi et ad foliorum ortum densam et longam barbam proferentes. Folia inferiora petiolata; cordata, superiora amplexicaulia, subhastata, inæqualiter dentata, fereque erosa, rugosa, hirsuta, acuta. Verticilli longe remoti, sexflori. Bractææ parvæ, cordatæ, acutæ. Flores fere sessiles. Calyx compressus, piloso-viscidus, labio utroque bifido, (IACQ.) acuto.

acuto. Corollæ labium superius cœrulescens, erectum, falcatum, emarginatum; inferius brevius, cujus lacinia laterales parvæ, cœrulescentes; media maxima, concava, externe albida, interne fundo alba cum adpersis maculis purpureis; limbo e fusco fulva. Stamina longitudine labii superioris; antheræ fuscaë, polline luteo. Semina subrotunda, magna, nigra. Odor fortis et ingratus.

X 40. *S. pratensis* foliis cordato-oblongis crenatis, summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis glauca glutinosis. LINN. *spec. pl.* p. 35.

α. *Hormini silvestris* quarti species prima. CLVS. *hist.* p. XXX.

Orvala silvestris, species quarta. DODON. *pempt.* p. 293.

Sclarea silvestris. TABERN. *hist.* p. 765.

Horminum pratense, RIVIN. *monop. tab.* 58.

Gallitrichum silvestre. MORIS. *hist.* 3. p. 393. *sess. II.* t. 13. f. 10.

Sclarea pratensis foliis ferratis, flore cœruleo. TOURN. *infl.* 179.

β. Sclarea major, foliis in profundas lacinias incisus. TOURN. *infl.* l. c.

Horminum silvestre, majus, foliis profundius incisus. C. BAVH. *pin.* 239.

γ. *Salvia agrestis*. LINN. *amœn. acad.* 3. p. 399.

Horminum pratense niveum, foliis incanis. BAVH. *pin.* 238.

Habitat in Europa pratis (in terris Baruthinis circa Erlangen, Culmbach, versus Himmelsron, circa Streitberg, Muggendorf, Burgbernheim et alibi) in Tataria ad Volgam usque. FALLAS. Perennis.

Caulis erectus, subhirsutus, obtuse tetragonus. Folia ovata, cordata, acute et sæpe duplicatè crenata, nonnunquam incisè, acuta, rugo-

rugosa; supra viridia, glabra, infra pallidiora, villosa, petiolata; summa sessilia. Bracteae parvae, cordatae, acuminatae, inferiores serratae, superiores integerrimae. Verticilli sexflori, in racemos digesti. Calyx villosus-viscidus. Labium superius tridentatum: dente medio minimo obtuso, lateralibus mucronatis; inferius bifidum, mucronatum. Corollae tubus longitudine calycis; faux ventricosa; labium superius magnum, emarginatum, punctis glutinosis conspersum, adeo ut digitis adhæreat, si comprimitur; inferius superiore brevius, lacinia media profunde emarginata. Filamenta labio superiore breviora. Vectes staminum incurvi. Stylus duplo longior. — Magnitudo florum in hac specie admodum inconstans est; vidi exempla corollis cœruleis albisque, longe minoribus quam plerumque solent; immo quoddam corollis suaverubentibus, in Thuringia lectum, cujus flores quadruplo fere minores sunt consueta magnitudine. — Stamina rarius corolla notabiliter longiora sunt. Color corollae plerumque saturate cœruleus est, variat tamen colore dilutiore albo, nec non purpureo vel suaverubente. — Var. β . differt foliis laciniosis. — Var. γ . differt corollis albis.

X 41. *S. austriaca* foliis cordato-oblongis sinuato-pinnatifidis crenatis, racemis villosissimis, staminibus longissimis.

Salvia austriaca. I A C Q. *flor. austr. 2. p. 8. tab. 112. opt.*

Salvia foliis rugosis ferrato-laciniatis undulatis, caule nudo fere, staminibus longissime exsertis. GRANZ *austr. fasc. 4. p. 238. c. descr.*

Habitat in collibus herbidis circa Viennam Austriae. Perennis.

Caulis circiter sesquipedalis, strictus, obtusiusculus, dense et longe, praecipue superne villosus, simplex vel subramosus. Folia pleraque radicalia, terrae appressa, ut plurimum cordata, ovata, sinuata vel pinnatifida, simulque acute crenata, obtusiuscula, supra glabra, atrovirentia, subtus venis villosa, petiolis brevibus, latis, supra glabris, margine et subtus villosis insidentibus; caulinarum par

XXXXIII

unum vel alterum tantum adest, multo minorum, amplexicaulium, plerumque profundius incisorum, acutorum. Racemus longus caulem (et ramos, si adfunt) terminat, e verticillis sexfloris compositus. Bracteae calyce minores, cordatae, acutae, villosissimae. Calyx compressus, villosissimus, labio superiore retuso, obsolete tridentato, inferiore bifido, acuto. Corolla ochroleuca; tubus longitudine calycis, fauce gibba; labium superius erectum, compressum, emarginatum, parum (ut videtur) glutinosum; inferioris lacinia media subrotunda, leviter emarginata, laterales erectae, oblongae, obtusae, breviores. Stamina corolla fere duplo longiora, ochroleuca, cruceolo vectis inferiore brevissimo, glandulifero. Stylus longitudine staminum, apice caerulefcens. Semina ovata e fusco nigricantia.

42. *S. pyrenaica* foliis oblongis erosis obtusis viscidis, racemo terminali.

Salvia pyrenaica. LINN. *sp. pl.* p. 36.

Horminum pyrenaicum, glutinosum, anguriae folio. HERM. *parad. bat.* p. 137. cum icone egregia.

Sclarea pyrenaica, glutinosa, foliis sinuatis. TOURNEF. *in fl.* 179.

Habitat in Pyrenæis.

Caulis bicubitalis et altior, villoso viscosus, ramosus. Folia oblonga, margine sinuato crenata acutiuscula, rugosa, villosa, villis glutiniferis, petiolata. Verticilli sexflori, in racemum digesti. Corollae caeruleae labium superius falcatum, ad faucem compressum; inferioris laciniae laterales lanceolatae, media deflexa. Stylus e labio superiore prominens. — Tota planta tacta est viscosa.

X 43. *S. virgata* foliis oblongis erosis obtusis glabris, spicis virgatis.

Salvia virgata. IACQUIN. *hort. r.* p. 14. tab. 63. eximia.

Hor.

Horminum creticum. RIV. *monop. tab. 63. bona.*

Habitat in Oriente? Perennis.

Simillima *S. pyrenalæ*. Caulis quadripedalis, erectus, obtusus, hirsutus nec viscidus. Folia supra glabra, venis subtus, sicut petioli, hirsutis. Spicæ terminales lateralesque, longæ, rectæ, divergentes, e verticillis sexfloris remotis compositæ. Bractæe cordatæ acutæ, calycibus longiores. Flores pedunculis brevissimis insident. Calyx hirsutus, sulcatus, labio superiore tridentato, inferiore bifido, dentibus acuminatis. Corolla nivea, pallide rosea aut cærulescens, labii inferioris laciniis lateralibus lanceolatis.

44. *S. ceratophylla* foliis (alternatim) pinnatifidis lanatis, pinnis dentato-sinuatis, verticillis summis sterilibus. LINN. *sp. pl. p. 39.*

Horminum rarum Rauwolfii. GESN. *op. a perill. SCHMIDELIO edit. part. I. tab. XII. fig. 104. EIVSD. fascic. I. p. 18.*

Horminum ceratophyllum, rugosum, flore sulphureo. MORIS. *hist. 3. p. 393. sect. II. tab. 13. f. 6.*

Horminum rugoso verrucosoque folio, cornu cervinum experimente. PLUK. *alm. 186. tab. 104. f. 5. HERM. parad. bot. p. 186. cum icone præstantissima.*

Horminum tyriacum. RIVIN. *monop. tab. 65. bon.*

Sclarea rugoso, verrucosa et laciniato folio. TOURN. *inst. 180.*

Habitat in Persia, Asia minore, Syria, Mauritania. Biennis.

Caulis crassus, sulcatus, lanatus. Folia inferiora pinnatifida: laciniis alternis inæqualibus, sinuato-dentatis obtusis, rugosissimis, utrinque lana longa laxa vestitis, superiora minus laciniata, acutiora. Panicula brachiata. Verticilli remoti, sexflori, summi steriles.

Bracteæ cordatæ, acuminatæ, tomentosæ, minus tamen, quam folia. Calyces lanati: labio superiore tridentato (medio brevior) inferiore bifido, utroque mucronato. Corolla purpureo-violacea. Labium superius falcatum, apice emarginatum, inferioris lacinia laterales longæ. Stamina labio superiore longiora. Semina e rotundis angulata, fusca.

45. *S. ceratophylloides* foliis pinnatifidis rugosis villosis, caule paniculato ramosissimo. LINN. mant. p. 26.

Salvia Merjamie? FORSKOL. fl. arab. p. 10. n. 29.

Salvia. ARDVIN. spec. 2. p. 12. f. 2.

Habitat in Sicilia, Aegypto. FORSKOL.

Caulis erectus, villosus, paniculatus, ramosissimus. Folia petiolata, pinnatifida, rugosa, villosa, lacinii plerisque oppositis, laciniatis, obtusis, margine subcartilagineo. Bracteæ sessiles, cordatæ, acutæ, pilis longis albis ciliatæ, calyce breviores. Racemi breves, obtusi, e verticillis densis, pilosis conflati. Calyx pilosus, præcipue ad basin; labium superius magnum, tridentatum, dente medio parvo; labii inferioris dentes rigidi. — Corolla parva. — Convenit quidem cum *S. ceratophylla* ratione figuræ foliorum; sed folia viridia, non tomentosa, evidentius petiolata, pili verticillorum recti, exstantes, satis hanc distinguunt, cum *S. ceratophylla* obducta sit lana varie crispa et intricata.

46. *S. Barrelieri* foliis hastato-lanceolatis inæqualibus ferratis, caule folioso erecto.

Horminum silvestre majus, hastato folio, floræ cæsi hispido.

BARREL. obs. 236. ic. 186.

Horminum majus hastato sive lapathi unctuosi foliis. MORIS.

hist. 3. p. 393.

Sclarea folio triangulari, dentato. TOURN. in fl. 180.

Habitat in Hispania. BARRELIER.

Caulis erectus, bi- f. tricubitalis. Folia hastato-septemlobata, lobo medio producto lanceolato, inæqualiter serrata, acuta, hirsuta, petiolata. Verticilli in racemos digesti. Bractæ parvæ, ovatæ, ciliatæ, acutæ. Verticilli sexflori. Calyx villosus, labio superiori tridentato, inferiore bifido. Corollæ tubus brevis, labium superius falcatum, erectum, emarginatum, magnum; inferius breve, lacinia media deflexa. Stamina longitudine labii superioris. Stylus galea longior. Semina rotunda, fusca. — Species obscura, a solo BARRELIERO visa.

* 47. *S. nutans* foliis cordatis obsolete quinquelobis erosifis, caule subrotundo, racemis nutantibus.

Salvia nutans. LINN. *spec. plant.* p. 39.

Salvia foliis cordatis, obtuse crenatis, spicis florum nutantibus. KRASCHENINNIKOW in *nov. comment. Petrop.* I. p. 378. t. 14.

Salvia caule nudo, spica florente pendula. HALLER in *comment. Gœtting.* I. p. 210. t. 11. bon.

Habitat in imperio Rutheno in collibus apricis, in quas montes Vralenses meridiem versus desinunt. Perennis.

Caulis erectus, obtusus, pubescens, ad radicem et inferne foliosus, supra aphyllus, ramosus. Foliorum caulinarum duo paria; hæc cordata, ita tamen ut alter sinus paullo inferior sit altero, obsolete quinqueangula, margine erosa, acuta, supra saturate viridia, infra pallida, subtomentosa, petiolata: petiolis pubescentibus, in infimis foliis longissimis. Racemi plures laterales, terminalisque, longi, apice nutantes. Verticilli sexflori vel decemflori. Bractæ cordatæ, nervosæ, acuminatæ. Calyx striatus, compressus, labio superiore brevior, minute tridentato; inferiore bifido, acuto. Corolla saturate cœrulea. Tubus calyce paullo longior; labium superius erectum, compressum, emarginatum, punctis albis conspersum; infe-

XXXXVIII

inferius trifidum: laciniis lateralibus ovato-oblongis, media subrotunda, integra. Stamina longitudine labii superioris. Stylus albus; stigma purpureum e labio superiore prominens. Semina nigra, subrotunda. — Interdum variat, observante perill. HALLERO, floribus albis.

48. *S. hastata* foliis hastato-lanceolatis crenatis, caule subnudo, racemis cernuis.

Habitat in imperio Rutheno?

S. nutanti maxime affinis. Caulis erectus, obtusus, pubescens, ad radicem et inferne foliosus, supra aphyllus, ramosus. Folia infima basi inæqualiter exsecta, hastata: hamo hastæ duplici: postico brevi, retrorsum, antico majore, antrorsum spectante; tertio minimo his sæpe interjecto; lanceolato triangularia, duplicate crenata, acutiuscula, rugosa, supra glabra, subtus leviter pubescentia; petiolis latis insidentia. Folia ramis subjecta parva, angusta, cordato-lanceolata, fere integerrima, pubescentia. Racemi laterales plures, et terminales, erectiusculi; sed nonnihil ad latus flexi, isti nonnunquam ramosi. Verticilli sexflori. Bractæ calyce minores, cordatæ, nervosæ, acutæ, pubescentes. Calyx ejusdem magnitudinis et figuræ, sed labiis sinu tantillo profundiore separatis. Corolla *S. nutantis*. Stylus longius exsertus. — Descriptionem ad exemplum, ex Anglia allatum, quod in herbario suo servat ill. SCHREBERVS, adornavi. Patriam ignoro. A *S. Barrelieri* differt figurâ hamorum hastæ, et magnitudine, qua huic admodum cedit.

49. *S. betonicaefolia* foliis lanceolatis crenatis, caule subnudo, racemis cernuis.

Habitat in imperio Rutheno?

Filia, ut videtur, *S. nutantis*, cum ea convenit habitu, caule ad radicem et inferne tantum foliosa, superne aphylo, obtuso, pubescente. Folia radicalia petiolis longissimis quoque insident, caulina gradatim brevioribus; omnia basi inæqualiter exsecta; at forma longe

longe a *S. nutante* recedunt, et lanceolata, (fere *Betonicæ officinalis*) inæqualiter crenata, inferiora obtusa, suprema acutiuscula, rugosa, supra lævia, subtus levissime pubescentiâ. Bractæa et flores *S. hastatæ* magis, quam nutanti similes. — Anne locus natalis *S. nutante* hanc formare potuit? an copula *S. nutantis* cum alia specie hanc produxit?

Alias species, ex iconibus non satis cognoscendas, quales sunt

Horminum minus, betonicæ folio, flore purpureo. BARREL. *obs. 230. ic. 167.*

Horminum hæmatodes minus, flore purpureo. BARREL. *obs. 231. ic. 168.*

Horminum folio laciniato. RIV. *monop. tab. 60.*

Horminum folio salviæ. *ibid. t. 61.*

Horminum flore carneo. *ibid. tab. 64.*

Horminum æthiopicum. *ibid. t. 65.*

Horminum flore variegato humile. *ibid. tab. 66.*

*Horminum finense triphyllon, caryophyllatæ foliis, spica
florum galeopsæ legitimæ Dioscoridis.* PLUK. *amalth.*
p. 119. tab. 410. fig. 6.

pluresque, quarum icones nullæ existant, sicco, quod ajunt, pede transire cogor.

§. VIII.

Cum plurimis generis nostri speciebus odor et sapor satis fortis sit aromaticus: in medicina quoque magnam utilitatem ab iisdem expectare licet. Sed adhuc vix cum

L

una alterave specie experimenta sunt instituta, quæ docent, qualem quævis species exferat in corpore humano efficaciam. Acquiescam igitur in adducendis paucissimis illis, quæ hucusque ab auctoribus dignæ habitæ sunt, ut in pharmacopoliis asserventur.

SALVIA, species nostra prima, in omnibus reperitur officinis pharmaceuticis. Nonnulli quidem Medici contendunt, colligendam esse varietatem tam majorem, quam minorem; sed cui bono, equidem non perspicio; minorem potius sufficere, persuasum habeo, cum majori viribus antecellat, id quod præter reliqua experimenta odor et sapor jam satis superque docent. Prostant hujus herba, flores, aqua, conserva, oleum, et in quarundam regionum officinis pharmaceuticis spiritus. Apud veteres etiam semen in usu fuisse, ex **AETIO** probari potest.

HORMINVM, Salviam nostram decimam sextam, cujus semen asservatur, hodie vix amplius in usum trahunt Medici; notandum tamen, in paucissimis officinis, veri Hormint semen reperiri, sed plerumque semen Sclareæ Hormini nomine venire.

SCLAREA seu **GALLITRICHVM**, Salvia nostra vigesima septima, offert officinis herbam, quæ vero, ut præcedens, nostris temporibus scopo medico vix umquam adhibetur.

AETHIOPIS veterum, si nostra est Salvia vigesima octava, hæc quoque olim in officinis prostabat; sed cum jam supra §. II. dixerim, dubium hoc esse, idem de ejus usu officinali est asserendum.

Salvia ob egregiam virtutem ad varias medicamentorum compositiones recipitur, quarum præcipuas tantum adducam. Sic ingreditur aquam apoplecticam, asthmaicam, cephalicam, embryonum, hungaricam, Salviæ compositam, vulnerariam, acetum bezoardicum, balsamum cephalicum, species cephalicas, species pro decocto ad gangrænam, et nigro, et pro gargarismate adstringente, syrupum de stœchade, unguentum nervinum, stomachale, viride potabile. Qui plura præparata et farraginem medicamentorum, quæ Salviam recipiunt, scire cupit, adeat PAULLINI *descriptionem nobilis Salviæ. Aug. Vind. 1688.*

§. VIII.

Non quidem me præterit, magni nominis Chemicos in eruenda herbæ nostræ mixtione desudasse. Nihilo tamen fecius experimenta præcipua repetere, superfluum non duxi; quod in laboratorio cl. FRISCHMANNI, Pharmacopœi Erlangensis meritissimi dexterrimique, omni adhibita cura, factum est. Horum summam nunc breviter enarrabo.

Herbæ Salviæ officinalis minoris sine stipitibus, collectæ eo tempore, quo jam racemos protrudere inceperat, uncias duas cum aquæ destillatæ mensuris duabus decoximus, et inde leni caloris gradu, quo nec ebullire, nec empyreuma contrahere poterat, præparavimus extractum ultra consistentiam pilularum inspissatum. Obtinimus hoc modo extracti aquosi primi unciam dimidiam et grana viginti octo. Color sub initium inspissationis egregie viridis, inspissatione peracta nigricans erat; odor le-

nior, quam herba, et sicut jam b. **CARTHEVSEV'S** observavit, ad odorem prunorum coctorum accedebat; sapor amarus. Residuæ portioni exsiccatæ spiritus vini rectificatissimi uncias sedecim affudimus. Post præviam digestionem, expressione leni et destillatione obtinuimus extracti resinosi secundi drachmam unam cum dimidia et grana tria. Hujus color erat e viridi nigricans, odor penetrans idem ac herbæ recentis, sapor amarus simulque aromaticus. Nequaquam igitur planta nostra sub præparatione extracti vires suas, propter quas expeditur, amittit, licet hoc contendat **WEISHEIT** in *diff. de Salvia Præf. b. WEDELIO habita. Iene 1715. p. 33.*

Ejusdem *Salviæ* herbæ unciis duabus spiritus vini rectificatissimi uncias sedecim affudimus. Post debitam digestionem et abstractionem spiritus per destillationem, extracti resinosi primi drachmas duas cum dimidia et grana duo nacti sumus, coloris e viridi nigri, odoris ejusdem fere cum herba recenti, et saporis amari camphorati. Residuam portionem cum sufficiente aquæ destillatæ quantitate decoximus, quo factò post expressionem accepimus extracti aquosi secundi drachmas tres cum dimidia, et grana quinque, cujus color fuit nigricans, odor lenis, vix cum odore *Salviæ* conveniens, sapor amarus.

Residuas utriusque extractæ herbæ partes combussimus, et e singulis portionibus cinerum scrupulos duos cum dimidio obtinuimus, qui dederunt grana duo salis lixivii.

§. X.

Destillatione unciarum octo herbæ Salviæ cum sufficiente aquæ communis quantitate obtinimus aquam fragrantem, e qua olei essentialis scrupulum unum et grana quatuor, primo albi, temporis vero lapsu lutescentis separavimus.

Herbæ Salviæ libra una super lamina ferrea combustæ dedit drachmas decem cinerum, e quibus post coctionem cum aqua destillata obtinimus alcali drachmas duas cum dimidia et grana sex. Cineribus Salviæ præter sal alcali etiam inesse acidum salis communis, perill. *DE-LIVS*, præceptor meus summopere colendus, expertus est. Salviam nempe accuratissime, ne peregrini quid illi adhæreret, combussit, et obtinuit inde sal, quod cum aqua forti constituit aquam regis. Id quod *IDEM* perill. Auctor expertus est in cineribus clavellatis. Vid. *Erlang. gelebrte anmerk. ann. 1772. XVI. Stück.* E cinere magnetis adminiculo miculas quasdam martiales extrahi, ab *EODEM* certior factus sum.

§. XI.

Uncias quatuor herbæ Salviæ cum cinerum clavellatorum uncias duabus et aquæ libra una cum dimidia destillavimus, et inde abstraximus aquæ uncias sedecim; hæc aqua destillata odore ab aqua Salviæ, vulgari modo destillata, paullulum recedebat, et syrupo violarum addita, colorem illius mutabat in viridem. Vnde patet, Salviæ inesse quoque alcali volatile, cujus præsentiam tam

in hac, quam in multis aliis plantis, simili experimento probavit cl. WIEGLEB. Vid. *ejusd. Versuche über die alkalischen Salze* p. 215. Extracto Salviæ aquoso, aqua denuo soluto, addidimus solutionem vitrioli martis. Hac solutione color tincturæ quidem profundior reddebatur, nequaquam vero niger. Perperam itaque TANCREDVS ROBINSON Salviam cum vitriolo, ut gallas, nigrescere tradit apud RAI. *hist. pl.* p. 510. quod etiam in cl. LEWIS *mat. med.* p. 518. me reperire miratus sum. Nequaquam ergo Salvia ad herbas adstringentes referri potest, licet plurimi auctores hanc vim illi tribuant.

§. XII.

Carnem bubulam ab omni cute depuratam, in quatuor partes æquales divisam, quatuor pyxidiculis vitreis probe mundatis injecimus, illosque charta bibula obtectos vigesimo tertio Julii in loco, quem aer libere transgredi poterat, reposuimus.

In prima, quæ carnis hujus portionem cum aquæ destillatæ uncia una continebat, post viginti quatuor horas odorem cadaverosum percepimus.

In altera pulveris corticis peruviani drachmas duas et aquæ destillatæ unciam unam carni adjecimus. In hac post quinquaginta quinque horas fœtorem eundem sensimus.

In tertia eidem carnis quantitati pulveris herbæ Salviæ drachmas duas et aquæ unciam unam addidimus. Ex hoc quatuor integris diebus sive nonaginta sex horis elapsis, similis cadaverosus odor prodiit.

In quarta denique pyxide carnis quantitatem eandem radicis Valerianæ officinalis drachmis duabus et aquæ destillatæ uncia una permixtam reposuimus. Hujus miscelæ odor demum trigesimo primo Julii, id est, post octo dies in cadaverosum est mutatus; adeoque longe tardius quam in experimento doctiss. DRESKY. Conf. *ejus diff. inaug. de Valeriana officinali Linnei, Erlangæ 1776. habita. §. XIX.*

§. XIII.

Vires SALVIAE officinalis medicæ ex ejusdem principiis spirituosis, gummosis, resinosis, oleosis, terreis et salinis facile colliguntur. Est enim remedium nervinum, alexipharmacum, antisepticum, resolvens, roborans, traumaticum, pectorale et uterinum. Herbam febribus intermittentibus mederi, HERMANNVS in *cynof. mat. med.* testis est. In America septentrionali succo expresso cum succo citri commisto febrem intermittentem, ibidem endemiam, sapius superatam fuisse, cl. KALMIVS in *it. Americ. tom. 2. p. 354.* annotavit. Infusum theiforme laudatur in peripneumonia, nec non aliis febrium generibus. In arthritide quoque Salvizæ usus commendatur. Eximias habet vires in morbis nervorum, epilepsia, vertigine, paralyssi, sensuum externorum et memoriæ debilitate. Contra morsum canis rabidi convenientibus auxiliis chirurgicis antea adhibitis, una cum scordii essentia acido vitriolico imprægnata, calidum Salvizæ decoctum assumere suadet HEISTERVS *diff. de med. Germ. indig. Germ. suff. p. 37.* Specificè laudatur in tremore artuum interne assumpta, simulque externe in balneis adhibita. Ad optima refertur cephalica. Vid. ill. ISENFLAMMII, Præceptoris,

ris, cujus multa in me merita grata mente veneror; *diff. de metodo plantarum medicinae clinica adminiculo. Erlangæ 1764. §. XXVIII.* In tussi bonos sæpe producit effectus. In exspuitione puris post febrem singultosam herbam nostram laudat HIPPOCRATES *de morbis lib. II.* Decoctum vinosum in cardialgia cum successu propinari, e-DECKERO RAIUS tradit. In anorexia quoque ventriculo grata est. Teste cl. VARNIER epoto iufuso Salviæ nonnulli agrotantes a calculo vesicæ fellis sunt liberati. Vid. *Comment. Lips. T. VII. p. 195.* Vrinam quoque promovet. A PLINIO commendatur Salvia cum Absinthio assumta in dysenteria. Ad fluxus menstrui suppressionem, a lentore humorum inductam, tollendam cum fructu adhibetur; sicut etiam in morbis, quæ exinde oriri solent, præcipue cachexia, chlorosi, malo hysterico cet. Neque ad nimium fluxum, a vasorum laxitate natum, cohibendum inutilis deprehenditur. In fluore albo et plurimis aliis uteri morbis egregias vires obtinet. A veteribus multis extollebatur laudibus in sterilitate; inter alia, quæ referunt, exempla, legimus, cum in Aegypto pestis grassaretur, illa superata, mulieres, quæ supererant, Salviæ succo usas et inde omnes fecundas esse redditas; quæ vis si vere ei inest, a vi roborante dependet, e qua etiam explicanda est vis abortum præcavendi. In deficiente lacte mulierum commendat Salviam HIPPOCRATES *de nat. mul. p. 583. ex edit. FOES.* Aqua vinosâ ad optima pertinet cardiaca, et optimos producit effectus in sudoribus symptomaticis, post morbos acutos sæpe remanentibus.

Externe Salvia discutit et roborat. Exhibetur pro collutione oris in aphthis, nec non scorbutica gingivarum
laxi-

laxitate dentiumque vacillatione, ita ut omnino rectissime pro dentifricio adhibeatur quotidiano. Decoctum vinosum laudatur in odontalgia ab HERMANNO L. C. In angina sub gargarismatis specie frequenter et cum fructu adhiberi solet. Vulneribus impositam, sanguinem sistere, ulcera, præcipue uteri, depurare, asserunt DIOSCORIDES et PLINIVS. Contra gangrænam et sphacelum in usu est, de qua vi multi græcam Salviæ minoris denominationem (σφάκελον) derivant. Contra ictus animalium venenatorum prodest. In se ipso WELSCHIVS sanavit ictum vespæ, nec non aranæ, foliis foliis recentibus impositis. Vid. *Ephem. N. C. Cent. I. Ann. 8. obs. 35.* In fomentis adhiberi potest in plurimis morbis antea adductis, et oleum commode ingreditur balsama cephalica. Ad cadavera condienda aliis plantis addi potest.

Vsum Salviæ diæticum ad longævitatem, multis extollit laudibus DEPONS in *obs. cl. GAVTIER.* Vid. *comment. Lips. T. VI. p. 299.* Ob vim alexipharmacam, una cum aliis similibus medicamentis, in morbis contagiosis prophylactice adhiberi olim solebat, et adhuc passim solet. Vicem herbæ Theæ optime explere, auctor est STENZEL in *diff. de Savoia in infuso adbibenda hujusque præ Thea Chinenfi præstantia*, Resp. FEYERABEND, *Wittenbergæ 1723.* habita; ubi Chineses maximi habere Salviam, et mirantes, Europæos Theam præferre, lubenter cum Salvia optimam suam Theam commutare, narrat. Similia leguntur in *historia plantarum*, quæ summo BOERHAAVIO tribuitur, p. 235. Tota vero narratio fabulosa est, neque vel minima Salviæ portio pro usu diætico

in Chinam importatur; quod eo certius asseverare possum, cum et HALDIVS hac de re sileat, et testem habeam omni exceptione majorem, ill. RVDOLPHVM, Præceptorem nunquam non pie venerandum, qui et Bataviæ in insula Iava, et Cantoni in China aliquamdiu commoratus est, numquam tamen Salviam a Chinesibus emi aut consumi vidit.

§. XIII.

Paucis nunc addam vires aliarum quarundam Salviæ specierum; quæ ab Auctoribus recensentur.

SCLAREA, odoris fragrantia omnes fere reliquas Salvias superans, hodie a Medicis vix usurpatur. Laudantur tamen ejus folia in hysterica passione, et I. BAVHINVS unguentum quoddam e Sclarea cum butyro, addita Tacamahaca, parare docet, in suffocatione hysterica et similibus affectibus umbilico imponendum. Decoctum vinosum ventriculum confortare, multi sunt, qui dicunt. In fluore albo, nec non in colica, Sclæræ magnas vires tribuit ETTMULLERVS. Folia cum aceto et melle pannos discentere, auctor est MATTHIOLVS. Tumores quoque resolvere et putredini resistere, asseritur in BOERHAAVII *hist. plant.* p. 232. Semen, oculis inditum, quæ in illos inciderunt, educit, mucilagine, qua scatet, corpora peregrina sibi agglutinando.

HORMINI semen ad venerem stimulare, ut veteres volunt, hodie vix erunt, qui credant; idem vero oculos a corporibus peregrinis purgare, quæ vis quoque
semi-

femini *S. verbenacæ*, teste MILLERO, est concedenda, facile largimur. Folia in Hydrope interne dari, in forma cataplasmatibus vero, illis, qui ex alto ceciderunt, utiliter imponi, traditur in BOERH. *bist. plant.* Eadem pulverifata pro gingivis erosis restituendis et dentibus vacillantibus firmandis celebrantur in *Bresl. Samml. Part. XXV. p. 265.*

SALVIA AETHIOPIS, si Aethiopia veterum cum nostra est eadem, pleuriticis, ischiaticis et sanguinem exspuentibus medetur. Rustici illa utuntur ad ulcera, etiam inveterata, sananda, teste cl. GOVAN in *ill. botan. p. 2.*

SALVIAE HISPANICAE folia decocta in capitis, ventriculi et nervorum affectibus prodesse, asserit TARGIONI TOZETTI in *app. ad MICHEL. catal. plant. borti Florentini. p. 169.*

SALVIA GLUTINOSA in morbis pectoris et ad calculum laudatur in *Bresl. Samml. XXX. Vers. p. 96.* in tussi ferina ab ill. SCOPOLI. Folia cum successu alpicolas imponere tumoribus maturandis, testatur SCHEVCHZERS in *itin. alp. T. I. p. 48.*

§. XV.

Supereft, ut usum plantarum nostrarum economicum paucis adhuc tangamus. *Salvia officinalis* nostratibus condimenti instar inservit; ramuli enim ejus variis adduntur cibis. Sic infiguntur e, g. carni vervecinae, anguillis etc.

ad gratiorem saporem iis conciliandum. *Salvia Sclarea* ab œnopolis additur vinis, ut sapore moschato, quem multi amant, imbuantur; at cum potantium detrimento, dum valde inebriant, temulentiam, cephalalgiam et vertiginem efficiunt, quem effectum etiam exserunt vina *Salvia pratensi* L. manganisata. Vid. cel. F. A. CARTHEUSERI *progr. ad D. SCHNEKKERI*, amici æstumatissimi, *diff. ideam generalem ordinis plantarum verticillatarum* sistentem, §. 3. et 4. Teste MILLERO, flores quoque *Salviæ glutinosæ* in Belgiis adhibentur, ut vina Rhenana gratum nanciscantur saporem. *Salvia pratensis* non modo vino, quod jam monui, sed interdum ipsi cerevisiæ, humuli loco admiscetur, ubi perinde noxios edit effectus, quam in vino. Vid. ill. GLEDITSCH. *phys. bot. œc. abhandl. vol. 2. p. 375. et 160.* Hujus plantæ in Germaniæ pratis copiose crescentis folia a pecoribus non amantur, nec ab ovibus comeduntur, nisi juniora. *Salviæ officinalis* flores apibus mel præbere, quo valde delectantur, jam a veteribus observatum est; FLORENTINVS eam inter jucundissima apum pabula refert in *Geopon. lib. XV. cap. 2. p. 403. ed. NEEDH.* Et ill. SCOPOLI in Carnioliæ eo minorem copiam mellis colligi, quo minus *Salvia* floret, testatur in *fl. carn. ed. 2. tom. 1. p. 27.* Nec minus *Salviæ pratensis* flores ipsis accepti sunt; vid. ill. GLEDITSCHIVS *vom bienenstande in der Mark Brandenburg. p. 186. 284.* Folia quoque hujus eodem teste in *phys. abb. vol. 1. p. 21.* ad coria densanda adhiberi possunt.

§. XVI.

Salviam nostram officinalem nonnumquam venenatam fieri posse, ideoque folia nonnisi bene lota adhibenda et sum-

summitatē plane removendas esse, traditio est in Germania vulgaris et vetus, licet in antiquis auctoribus nullam ejus inveniamus mentionem. Hoc venenum alii derivarunt a bufonibus sub *Salvia* habitantibus, alii a vermiculis in superficie foliorum reptantibus. Nec tristes desunt historiae, quas veteres pro veris nobis reliquerunt. Sed tales eventus nunquam a medicis ipsis vel aliis testibus fide dignis sunt visi; nec bufones veneno gaudent tam atroci, quam necesse esset ad veritatem harum historiarum; nec hæc animalia *Salviam* magis amant, quam alias plantas, quarum venenum nemo umquam metuit. Vermiculos, quos adesse *KIRCHERVS* aliique imaginantur, nunquam ullo microscopio detegere potui; neque potuit auctor *observationis* 27. in *Eph. N. C. ann. 2. p. 53.* Non minus erronea est eorum sententia, qui e *scholæ Salernitanæ* illo:

Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta,

probant, rutam prope *Salviam* plantatam hanc ab animalibus venenatis defendere. Omnia itaque, quæ de venenata *Salviæ* natura relata exstant, fabulis adscribenda esse arbitror; licet ideo lotionem herbarum culinarium inutilem nequaquam declarem.

§. XVII.

Hæc sunt, quæ de *Salvia* collegi, observavi, et benevolo Eruditorum examini modeste submitto. Si quid offendent æqui Censores, quod non satis exhaustum visum fuerit; id argumenti difficultati potius, quam negligentiae et incuriæ meæ tribuere non dedignentur. Quum dies diem doceat, fieri potest, ut harum rerum cognitione,

vel proprio studio, vel meliora edoctorum admonitionibus aucta, ea, quæ vel castiganda vel supplenda visa fuerint, aliquando emendem et addam. Interim, quoniam, qui me in his rebus doctrina et peritia superant, instructione non indigent, eos, qui discere adhuc cupiunt, ut conatibus meis qualibuscunque mecum utantur, enixe rogatos volo.

T A N T V M.



T H E S E S.

- I. Homo sine aëre vivere potest.
- II. Non omnem inflammationem comitatur pulsus durus.
- III. Antimonium diaphoreticum nequaquam pro calce inertis est habendum.
- III. Venæsectio in morbis acutis nulla die absolute contraindicatur.
- V. Corporis agitatio in apoplexia nocet.
- VI. Præter infantis motum, nullum certum graviditatis signum existit.



T H E S I S

I. The first two parts of the

II. The second part of the

III. The third part of the

IV. The fourth part of the

V. The fifth part of the

VI. The sixth part of the

